IGNATII, POLYCARPI, ET BARNABÆ,

Epistolæ atq; Martyria.

Quibus præfixa est

De *Polycarpi* & *Ignatii* scriptis

JACOBI USSERII

Archiepiscopi Armachani

DISSERTATIO.

Quæ in hoc Volumine continentur alia, Operi præfixa Synopsis indicabit.



OXONIÆ,
Excudebat LEONARDUS LICHFIELD
Academiæ Typographus, A° Dom.
M. DC. XLIII.

IGNATII, POLYCARPI, ET BARNABÆ,

Epiſtolæ atq; Martyria.

Quibus præfixa eſt

De *Polycarpi* & *Ignatii* ſcriptis

JACOBI USSERII

Archiepiſcopi Armachani

DISSERTATIO.

Quæ in hoc Volumine continentur alia,
Operi præfixa Synopſis indicabit.

OXONIÆ,
Excudebat LEONARDUS LICHFIELD
Academiæ Typographus, A° Dom.
M. DC. XLIII.



SYNOPSIS

Eorum quæ in hoc continentur volumine.

I.

DE *Ignatii* Martyris Epistolis, indeq; occasione datâ, de *Polycarpi* quoq; scriptis, atq; Apostolicis Constitutionibus & Canonibus *Clementi Romano* tributis, Dissertatio.

Veterum, de *Ignatio* & *Polycarpo*, eorumq; scriptis, testimonia.

II.

POlycarpiana Epistolarum Ignatianarum Sylloge. In quâ, *Polycarpi* ad *Philippenses* literis subjectæ habentur *Ignatii* Epistolæ sex, à veteribus laudatæ: ad *Ephesios* nimirùm, *Magnesianos*, *Trallianos*, *Romanos*, *Philadelphenos* & *Smyrnæos*, in extremo suo itinere ab eo missæ. Apposita est & vetus vulgata Latina versio, ex trium Manuscriptorum codicum collatione, integritati suæ restitutæ.

III.

EPistolæ Ignatio adscriptæ, à mediæ ætatis Græcis, sex: (ad *Mariam Castabalitam*, *Polycarpum*, *Tarsenses*, *Antiochenos*, *Heronem*, & *Philippenses*:) à recentioribus Latinis, tres; nempè ad S. *Johannem*

nem Apostolum duæ, & ad Beatiss. *Virginem*, matrem Domini, una. Prioribus præmissa est *Mariæ Castabalitæ*, posterioribus subjuncta *B. Mariæ Deiparæ* nomine ad *Ignatium* edita Epistola, unâ cum *Ignatii* Elogio, ipsius in sede Antiochenâ successoris *Heronis* titulum præferente.

I V.

EPistolarum *Ignatii* vetus Latina versio; ex duobus Manuscriptis, in *Angliâ* repertis, nunc primùm in lucem edita.

V.

BArnabæ Epistola Catholica, Græcè, unâ cum vetere Latinâ versione, nunc primùm edita.

Acta *Barnabæ*, consobrino ipsius *Iohanni Marco* ineptè affícta.

Ignatii martyrium, à discipulis qui passioni ipsius interfuerant descriptum.

De *Polycarpi* martyrio, *Smyrnensis* Ecclesiæ Epistola; simul cum antiquâ Latinâ ejusdem Paraphrasi, integrè jam edita.

Ex Responsionum Capitulis, *Polycarpo* adscriptis, fragmenta quinque.

V I.

GRæcorum *Ignatii* exemplarium, & inter se & cum utrâque vetere Latinâ interpretatione, comparatio.

Iu *Barnabæ* Epistolam *Isaaci Vossii* Annotationes.

In Acta *Barnabæ*, *Ignatii* & *Polycarpi*, Observationes.

D E



VETERUM TESTIMONIA DE IGNATIO, & ejus Epistolis.

Irenæus, lib. 5. advers. hæres. cap. 28.

Ὡς εἶπέ τις τῶν ἡμετέρων, διὰ τὴν πρὸς Θεὸν μαρτυρίαν κατακριθεὶς πρὸς θηρία. "ὅτι σῖτός εἰμι Θεοῦ, καὶ δι' ὀδόντων "θηρίων ἀλήθομαι, ἵνα καθαρὸς "ἄρτος Θεοῦ εὑρεθῶ.

QVemadmodum quidam de nostris dixit, propter martyrium in Deum adjudicatus ad bestias. *Quoniam frumentum sum Christi, & per dentes bestiarum molor, ut mundus panis Dei inveniar.* *Ignat. Epist. ad Rom.*

Origenes, in Lucam homiliâ 6.

ELeganter in cujusdam Martyris epistolâ scriptum reperi: Ignatium dico Episcopum Antiochiæ post Petrum secundum, qui in persecutione Romæ pugnavit ad bestias. *Principem seculi hujus latuit virginitas Mariæ.* *Ignat. Epist. ad Ephes.*

Eusebius, Histor. Ecclesiast. lib. 3. κεφ. λϛ.

IGnatius, qui est ad nostram usq; memoriam multorum ore & sermone prædicatus, post Petrum successione secundus Episcopatum Antiochiæ sortitò capit. Fertur porrò, hunc ex Syriâ ad urbem Romam amandatum, bestiis prædam & laniatum, ob testimonium quod Christo perhibuisset, esse projectum. Quinetiam cùm iter per Asiam faceret, licèt attentissimâ curâ à satellitibus qui illum ductabant observaretur, Ecclesias tamen cujusq; civitatis, ad quam fortè proficisceretur, familiaribus colloquiis piisq; hortatibus confirmavit: ac primùm ut hæreses, quæ jam tum primò nasci & emergere cœperunt, maximè præcaverent, sedulò admonuit; deinde hortatus est, ut Apostolorum traditioni mordicùs adhærescerent. Quam quidem asseveranter testificatus, quo tutiùs posteritati reservaretur, necessariò scriptis mandandam existimavit.

Qui ut Smyrnam venit, ubi erat Polycarpus, unam Epistolam ad Ecclesiam Ephesinam scribit: in quâ Onesimi, qui ibidem pastor fuit, mentionem facit. Aliam autem Ecclesiæ quæ erat Magnesiæ (quæ supra Mæandrum sita est) misit: in quâ rursùs Damam Episcopum in memoriam redigit. Ecclesiæ item

Ὁ παρὰ πλείστοις εἰσέτι νῦν διαβόητος Ἰγνάτιος, τῆς κατ᾽ Ἀντιόχειαν Πέτρου διαδοχῆς δεύτερος τὴν ἐπισκοπὴν κεκληρωμένος. Λόγος δ᾽ ἔχει τοῦτον ἀπὸ Συρίας ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἀναπεμφθέντα, θηρίων γενέσθαι βορὰν, τῆς εἰς Χριστὸν μαρτυρίας ἕνεκεν. Καὶ δὴ τὴν δι᾽ Ἀσίας ἀνακομιδὴν μετ᾽ ἐπιμελεστάτης φρουρῶν φυλακῆς ποιούμενος, τὰς κατὰ πόλιν αἷς ἐπεδήμει παροικίας, ταῖς διὰ λόγων ὁμιλίαις τε καὶ προτροπαῖς ἐπιρρωννύς, ἐν πρώτοις μάλιστα προφυλάττεσθαι τὰς αἱρέσεις ἄρτι τότε πρῶτον ἀναφυείσας καὶ ἐπιπολαζούσας παρῄνει. προὔτρεπέ τε ἀπρὶξ ἔχεσθαι τῆς τῶν Ἀποστόλων παραδόσεως, ἣν ὑπὲρ ἀσφαλείας καὶ ἐγγράφως ἤδη μαρτυρόμενος, διατυποῦσθαι ἀναγκαῖον ἡγεῖτο.

Οὕτω δῆτα ἐν Σμίρνῃ γενόμενος, ἔνθα ὁ Πολύκαρπος ἦν, μίαν μὲν ἐπιστολὴν τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἐκκλησίᾳ γράφει, ποιμένος αὐτῆς μνημονεύων Ὀνησίμου· ἑτέραν δὲ τῇ ἐν Μαγνησίᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ, ἔνθα πάλιν ἐπισκόπου Δαμᾶ μνήμην πεποίηται· καὶ

τῇ ἐν Τράλλεσι δὲ ἄλλην, ἧς ἄρχοντα τότε ὄντα Πολύβιον ἱστορεῖ· πρὸς ταύταις καὶ τῇ Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ γράφει, ᾗ καὶ παράκλησιν προτείνει, ὡς μὴ παραιτησάμενοι τοῦ μαρτυρίου, τῆς ποθουμένης αὐτὸν ἀποστερήσαιεν ἐλπίδος.

item Trallianæ aliam: in quâ Polybium, qui tum ibi præfuit, inserit. Ecclesiæ porrò Romanæ dedit literas, in quibus illos impensè hortatus est, ne martyrium illius deprecando, ipsum se optatâ, quam animo habebat, spe ullo modo privarent.

ΚΕΦ. λϛ.

Καὶ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῆς δηλωθείσης πόλεως ταῖς καταλεχθείσαις ἐκκλησίαις διετυπώσατο. Ἤδη δ' ἐπέκεινα τῆς Σμύρνης γενόμενος, ἀπὸ Τρῳάδος τοῖς τε ἐν Φιλαδελφείᾳ αὖθις διὰ γραφῆς ὁμιλεῖ, καὶ τῇ Σμυρναίων ἐκκλησίᾳ, ἰδίως τε τῷ ταύτης προηγουμένῳ Πολυκάρπῳ· ὃν οἷα δὴ ἀποστολικὸν ἄνδρα εὖ μάλα γνωρίζων, τὴν κατ' Ἀντιόχειαν αὐτῷ ποίμνην, οἷα γνήσιος καὶ ἀγαθὸς ποιμήν, παρατίθεται, τὴν περὶ αὐτῆς φροντίδα διὰ σπουδῆς ἔχειν αὐτὸν ἀξιῶν.

Ista ex civitate quæ Smyrna dicitur (quam monstravimus) ad Ecclesias à nobis enumeratas perscripsit. Iam verò Smyrnâ longiùs aliquanto profectus, ex Troade scribens; non solùm cum his qui erant Philadelphiæ, sed etiam cum Ecclesiâ Smyrnensi, & speciatim cum Polycarpo, qui illi Ecclesiæ præfuit, familiariter per literas collocutus est. Cui, cùm virum spectatum & Apostolicâ virtute præditum eum esse pro certo cognosceret, Ecclesiæ Antiochenæ gregem, sicut pastorem ingenuum & fidelem decebat, commendavit: arbitratus sanè illum omni studio & diligentiâ curam illius habiturum.

Athanasius, in libro de Synodis Arimini & Seleuciæ.

Ἰγνάτιος ὁ μετὰ τοὺς Ἀποστόλους κατασταθεὶς ἐπίσκοπος, καὶ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ γενόμενος, γράφων περὶ τοῦ Κυρίου εἴρηκεν. Εἷς ἰα-
" τρός ἐστι, σαρκικὸς καὶ πνευματικός,
" γεννητὸς καὶ ἀγέννητος, ἐν ἀνθρώ-

IGnatius ille post Apostolos Antiochiæ constitutus Episcopus, & Martyr Christi factus, de Domino scribens dixit. *Unus est medicus, carnalis & spiritualis, genitus & ingenitus, in homine* Ignat. epist. ad Ephes.

Deus, in morte vita vera, & ex Maria & ex Deo. Quidam porrò post Ignatium magistri etiam ipsi scripserunt. * *Unus ingenitus est Pater; & unus ex eo germanus Filius, verum germen, Verbum & sapientia Patris.*

πῳ Θεός, ἐν θανάτῳ ζωὴ ἀληθινή, καὶ ἐκ Μαρίας καὶ ἐκ Θεοῦ. Τινὲς δὲ τῶν μετ' Ἰγνάτιον διδάσκαλοι, καὶ αὐτοὶ γεγράφασιν. Ἓν τὸ ἀγέννητον ὁ Πατὴρ, καὶ εἷς ὁ ἐξ αὐτοῦ υἱὸς γνήσιος, γέννημα ἀληθινὸν, λόγος καὶ σοφία τοῦ Πατρός.

* *Ex Hymnis fortasse illis, quorum mentio occurrit apud Eusebium, lib. 5. Histor. cap. ult. & Basil. de Spiritu sancto, cap. 27. & 29.*

† Io. Chrysostomus, in Ignatii Encomio.

FAmiliariter cum Apostolis versatus, & spiritualibus fluentis perfruitus est. Qualem igitur esse convenit eum, qui cum illis nutritus sit, & usquequaq; versatus, & omnium tam dicendorum quàm tacendorum particeps fuerit, tantoq; ab illis dignus principatu existimatus sit?

ΣΥνεγένετο τοῖς Ἀποστόλοις γνησίως, καὶ τῶν πνευματικῶν ναμάτων ἀπέλαυσεν. Ὁποῖον οὖν εἶναι εἰκὸς τὸν ἐντραφέντα ἐκείνοις, καὶ πανταχοῦ συγγενόμενον, καὶ ῥητῶν καὶ ἀποῤῥήτων αὐτοῖς κοινωνήσαντα, καὶ τοσαύτης εἶναι δόξαντα αὐτοῖς ἀρχῆς ἄξιον;

† Tom. 5. edit. Savil. pag. 499.

Episcopatûs autem dignitatem hîc intelligit: quam ab Apostolis Ignatium accepisse, in sequentibus ita ostendit.

NEq; enim ego virum hunc tantummodò, quòd tanto honoris gradu dignus sit habitus, admiror: sed quòd à sanctis illis dignitatem obtinuerit; quodq; beatorum Apostolorum manus sacrum illud caput attigerint.

Οὐ γὰρ μόνον, ὅτι τοσαύτης ἀρχῆς ἄξιος εἶναι ἔδοξε, θαυμάζω τὸν ἄνδρα ἐγὼ, ἀλλ' ὅτι καὶ παρὰ τῶν ἁγίων ἐκείνων τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐνεχειρίσθη, καὶ αἱ τῶν μακαρίων Ἀποστόλων χεῖρες τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ἥψαντο κεφαλῆς.

Hieronymus, in Scriptorum Eccesiasticorum Catalogo.

IGnatius Antiochenæ Ecclesiæ tertius post Petrum Apostolum Episcopus, persecutionem commovente Trajano damnatus ad bestias, Romam vinctus mittitur. Cúmque navigans Smyrnam venisset, ubi Polycarpus auditor Iohannis Episcopus erat, scripsit unam Epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad

Trali-

Trallianos, quartam ad Romanos: & inde egrediens ſcripſit ad Philadelphenos, & ad Smyrnæos, & propriè ad Polycarpum, commendans illi Antiochenſem Eccleſiam. In quâ & de Evangelio quod nuper à me tranſlatum eſt, ſuper perſonâ Chriſti ponit teſtimonium.

Theodoretus, in Dialogo I. *ſive* Ἀτρέπτῳ.

Ἐπιδείξω σοι τὸν πανεύφημον τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλον, καὶ τὸ ἐκείνου περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως φρόνημα, ἵνα γνῷς τίνα περὶ τῆς ληφθείσης ἐδόξασε φύσεως. Ἀκήκοας δὲ πάντως Ἰγνάτιον ἐκεῖνον, ὃς διὰ τῆς τοῦ μεγάλου Πέτρου δεξιᾶς τῆς ἀρχιερωσύνης τὴν χάριν ἐδέξατο, καὶ τὴν ἐκκλησίαν Ἀντιοχέων ἰθύνας, τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀνεδήσατο.

Oſtendam tibi omni ex parte benedictum Eccleſiæ doctorem, & illius de Incarnatione ſententiam: ut ſcias quæ de ſuſceptâ naturâ fuerit ejus opinio. De illo enim Ignatio prorsùs inaudîſti, qui per magni Petri dextram Pontificatûs gratiam ſuſcepit; & poſtquàm Antiochenſem rexiſſet Eccleſiam, Martyrii coronâ redimitus eſt.

Socrates, Hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 6. cap. 8.

Ἰγνάτιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας τρίτος ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ἐπίσκοπος, ὃς καὶ τοῖς Ἀποστόλοις αὐτοῖς συνδιέτριψεν, ὀπτασίαν εἶδεν ἀγγέλων, διὰ τῶν ἀντιφώνων ὕμνων τὴν ἁγίαν τριάδα ὑμνούντων· καὶ τὸν τρόπον τοῦ ὁράματος τῇ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν· ὅθεν καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις αὕτη ἡ παράδοσις ἐδόθη.

Ignatius Antiochiæ, quæ eſt in Syria, tertius à Petro Apoſtolo Epiſcopus, qui cum Apoſtolis ipſis multùm verſatus eſt, viſionem vidit Angelorum ſanctam Trinitatem hymnis alternâ vice decantatis collaudantium: & formam canendi in eâ viſione expreſſam Eccleſię Antiochenæ tradidit. Vnde illa traditio in omnibus Eccleſiis recepta eſt.

Gildas, in Caſtigatione Cleri Britanniæ.

Qvis veſtrûm, ut ſanctus Martyr Ignatius Antiochiæ urbis Epiſcopus, qui poſt admirabiles in Chriſto actus, ob teſtimonium

ejus, leonum molis Romæ confractus est? Cujus verba, cùm ad passionem duceretur, audientes (si aliquando vultus vestri rubore suffusi sunt) non solùm in comparatione ejus vos non putabitis Sacerdotes, sed ne mediocres quidem Christianos esse.

Evagrius, Histor. Ecclesiast. lib. 1. cap. 16.

** Nō Chrysostomo (uti opinatus est P. Halloixius) sed Historico; cujus idem Evagrius meminit, libro 2. cap. 12.*

TVm & divinus Ignatius (ut à Iohanne * Rhetore & aliis est proditum memoriæ) postquàm, uti quidem volebat, in Romano amphitheatro ferarum ventres sepulchrum habuit, tum, inquam, per ossa crassiora, quæ relicta fuerant, & Antiochiam in Cœmiterium quod vocant reportata, multis posteà temporibus translatus est.

Τότε καὶ Ἰγνάτιος ὁ θεσπέσιος (ὡς Ἰωάννῃ τῷ ῥήτορι σὺν ἑτέροις ἱστόρηται) ἐπειδή γε, ὡς ἐβούλετο, τάφον τὰς τῶν θηρείων ἐσχηκὼς γαστέρας ἐν τῷ τῆς Ῥώμης ἀμφιθεάτρῳ, καὶ διὰ τῶν ὑπολειφθέντων ἀδροτέρων ὀστῶν, ἃ πρὸς τὴν Ἀντιόχου ἀπεκομίσθη ἐν τῷ καλουμένῳ Κοιμητηρίῳ, μετατίθεται πολλοῖς ὕστερον χρόνοις.

DE POLYCARPO.

Irenæus, in Epistolâ ad Florinum.

Apud Eusebium lib. 5 histor. κεφ. κ.

ISta dogmata Presbyteri qui ante nos fuerunt, quiq; erant ipsorum Apostolorum discipuli, minimè tibi tradiderunt. Vidi enim te, cùm adhuc puer essem, in inferiore Asiâ apud Polycarpum, cùm & in aulâ Imperatoris splendidè lautèq; vitam degebas, & sedulò te Polycarpo probare nitebaris. Nam ea quæ tum gerebantur (cognitio enim quam à pueris combibimus, unâ cum ætate accrescit simul, & quasi vinculo cum ipso animo penitùs copulatur) multo firmiùs in memoriâ insident, quā quæ nuper præteriêrunt: adeò ut & locum in quo assidebat B. Poly-

Ταῦτα τὰ δόγματα οἱ πρὸ ἡμῶν πρεσβύτεροι, οἱ καὶ τοῖς Ἀποστόλοις συμφοιτήσαντες, οὐ παρέδωκάν σοι. Εἶδον γάρ σε, παῖς ὢν ἔτι, ἐν τῇ κάτω Ἀσίᾳ παρὰ τῷ Πολυκάρπῳ λαμπρῶς πράττοντα ἐν τῇ βασιλικῇ αὐλῇ, καὶ πειρώμενον εὐδοκιμεῖν παρ' αὐτῷ· μᾶλλον γὰρ τὰ τότε διαμνημονεύω, τῶν ἔναγχος γινομένων. αἱ γὰρ ἐκ παίδων μαθήσεις συναύξουσαι τῇ ψυχῇ ἑνοῦνται αὐτῇ· ὥστε με δύνασθαι εἰπεῖν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος διελέγετο ὁ μακάριος Πο-

λυ-

λύκαρπος, καὶ τὰς προόδους αὐτοῦ καὶ τὰς εἰσόδους, καὶ τὸν χαρακτῆρα τοῦ βίου, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν, καὶ τὰς διαλέξεις ἃς ἐποιεῖτο πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ τὴν μετὰ Ἰωάννου συναναστροφὴν, ὡς ἀπήγγελλε, καὶ τὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν ἑωρακότων τὸν Κύριον, καὶ ὡς ἀπεμνημόνευε τοὺς λόγους αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ Κυρίου τινὰ ἦν ἃ παρ' ἐκείνων ἀκηκόει· καὶ περὶ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας, ὡς παρὰ τῶν αὐτοπτῶν τῆς ζωῆς τοῦ λόγου παρειληφὼς ὁ Πολύκαρπος, ἀπήγγελλε πάντα σύμφωνα ταῖς γραφαῖς· ταῦτα καὶ τότε διὰ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπ' ἐμοὶ γεγονὸς σπουδαίως ἤκουον, ὑπομνηματιζόμενος αὐτὰ οὐκ ἐν χάρτῃ, ἀλλ' ἐν τῇ ἐμῇ καρδίᾳ, καὶ ἀεὶ διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ γνησίως αὐτὰ ἀναμαρυκῶμαι, καὶ δύναμαι διαμαρτύρασθαι ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, ὅτι εἴ τι τοιοῦτον ἀκηκόει ἐκεῖνος ὁ μακάριος καὶ ἀποστολικὸς πρεσβύτερος, ἀνακράξας ἂν καὶ ἐμφράξας τὰ ὦτα αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸ σύνηθες εἰπὼν, Ὦ καλὲ Θεὲ, εἰς οἵους με καιροὺς τετήρηκας, ἵνα τούτων ἀνέχωμαι; πεφεύγοι ἂν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος ἢ ἑστὼς, τῶν τοιούτων ἀκηκόει λόγων. Καὶ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν δὲ αὐτοῦ ὧν ἐπέστειλεν ἤτοι ταῖς γειτνιώσαις ἐκκλησίαις, ἐπιστηρίζων αὐτὰς, ἢ τῶν ἀδελφῶν τισὶ, νουθετῶν αὐτοὺς καὶ προτρεπόμενος, δύναται φανερωθῆναι.

carpus, cùm diſſereret, illius eò adventum & introitum, formam & modum vitę, corporis effigiem, diſceptationes ac ſermones quos apud multitudinem habebat, & ut neceſſitudinem ac vitæ uſum cum Iohanne, & reliquis qui ipſum Dominum vidiſſent, ſe habuiſſe narraret, & quo pacto memoraret eorum ſermones, quinetiam quænam ab illis de Domino audiviſſet: quomodo de miraculis ejus ac virtutibus, & de doctrinâ denique, ſicut ab illis qui fuiſſent ſuis oculis verbum vitæ conſpicati, omnia Scripturis verè conſentientia narraret, videor mihi poſſe ritè percenſere. Hæc eo tempore per Dei miſericordiam, quam erga me oſtendebat, ſtudioſè & attentè audiebam: atq; non chartæ & literis, ſed interiori mentis cogitationi mandabam; & perpetuò, Dei juvante gratiâ, ingenuè & exquiſitè recordatione renovo. Atq; coram certè jam Deum conteſtari poſſum, illum beatum & Apoſtolicum Presbyterum Polycarpum, ſi ejuſmodi dogmata fortè audiviſſet, continuò exclamaturum, & aures obturaturum, ac de more ſuo dicturum fuiſſe: *O bone Deus, in quæ me tempora reſervâſti, ut iſta patiar?* atq; ex eo loco, quo vel ſedens vel ſtans ea audiviſſet, ex templo planè aufugiturum. Itemq; ex Epiſtolis, quas cùm ad vicinas Eccleſias, quò eas confirmaret, tùm ad quoſdam fratres, quò eos tum admoneret tū cohortaretur, miſit, iſta ita ſe habere, manifeſtò cognoſci poterit.

Idem, in Epistolâ ad Victorem Roman. Episc. de Paschate.

Apud Euseb. lib. 5. κεφ. κϛ.

CVm beatus Polycarpus, Aniceto Episcopatum administrante, Romam adventaret, cúmq; ille & Anicetus de aliis rebus, de quibus inter se discrepabant, pauca contulissent, confestim pax fuit inter eos conciliata: quin pro hoc festo observando, quod controversiæ caput videbatur, charitatis vincula neutiquam ruperunt. Neq; tamen Anicetus Polycarpo poterat persuadere, ut suum observandi morem (quippe qui cum Iohanne discipulo Domini nostri, & cum reliquis Apostolis, quibuscum multùm versatus fuisset, eundem semper ad illum modum observâsset) deponeret: neq; contrà Polycarpus Aniceto persuasit, ut consuetudinem Asiaticam (quippe qui modum Presbyterorum, qui illum erant antegressi, debere sedulò retinere assereret) ullo modo observaret. Quæ cùm ita essent constituta, communicabant inter se mutuò: & in Ecclesiâ Anicetus ritus qui in Eucharistiâ peragi solent Polycarpo, ob reverentiam videlicèt quam erga illum habebat, obeundi potestatem concessit: atq; tandem cum pace alter decessit ab altero: & omnes Ecclesiæ, tum eorum qui decimoquarto die festum Paschatis observabant, tum eorum qui secùs, placidâ pace & tranquillâ inter ipsas fruebantur.

ΤΟῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους, εὐθὺς εἰρήνευσαν, περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου μὴ φιλεριστήσαντες πρὸς ἑαυτούς. οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα· οὔτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς· καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ᾽ ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ᾽ εἰρήνης ἀπ᾽ ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων τῶν τηρούντων καὶ μὴ τηρούντων.

Idem libro 3. adversus hæreses, cap. 3.

Καὶ Πολύκαρπος δὲ οὐ μόνον ὑπὸ Ἀποστόλων μαθητευθεὶς, καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος, ὃν καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ. ἐπιπολὺ γὰρ παρέμεινε, καὶ πάνυ γηραλέος, ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας, ἐξῆλθε τοῦ βίου. ταῦτα διδάξας ἀεὶ, ἃ καὶ παρὰ τῶν Ἀποστόλων ἔμαθεν, ἃ καὶ ἡ ἐκκλησία παραδίδωσιν, ἃ καὶ μόνα ἐστὶν ἀληθῆ. Μαρτυροῦσιν αἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι, καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεδεγμένοι τὸν τοῦ Πολυκάρπου θρόνον, πολλῷ ἀξιοπιστότερον καὶ βεβαιότερον ἀληθείας μάρτυρα ὄντα Πολύκαρπον, Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ τῶν λοιπῶν κακογνωμόνων. ὃς καὶ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ, πολλοὺς ἀπὸ τῶν προειρημένων αἱρετικῶν ἐπέστρεψεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, μίαν καὶ μόνην ταύτην ἀλήθειαν κηρύξας ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων παρειληφέναι, τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραδεδομένην.

Καί εἰσιν οἱ ἀκηκοότες αὐτοῦ, ὅτι Ἰωάννης ὁ τοῦ Κυρίου μαθητὴς ἐν τῇ Ἐφέσῳ πορευθεὶς λούσασθαι, καὶ ἰδὼν ἔσω Κήρινθον, ἐξήλατο τοῦ βαλανείου μὴ λουσάμενος, ἀλλ'

Et Polycarpus autem non solùm ab Apostolis edoctus, & conversatus cum multis ex eis qui Dominum nostrum viderunt, sed etiam ab Apostolis in Asiâ, in eâ quæ est Smyrnis Ecclesiâ, constitutus Episcopus: quem & nos vidimus in primâ nostrâ ætate. multùm enim perseveravit, & valdè senex gloriosissimè & nobilissimè martyrium faciens, exivit de hâc vitâ. Hæc docuit semper quæ ab Apostolis didicerat, quæ & Ecclesiæ tradidit, & sola sunt vera. Et testimonium his perhibent quæ sunt in Asiâ Ecclesiæ omnes, & qui usq; adhuc successerunt Polycarpo: qui vir multo majoris authoritatis testis, & fidelior veritatis est testis, quàm Valentinus & Marcion, & reliqui qui sunt perversæ sententiæ. Is enim est qui sub Aniceto cùm advenisset in urbem, multos ex his quos prædiximus hæreticos convertit in Ecclesiam Dei: unam & solam hanc veritatem annuncians ab Apostolis percepisse se, quam & Ecclesiæ tradidit. *Apud eund. Euseb. lib. 4 κεφ. ιδ.*

Et sunt qui audierunt eũ dicentẽ, quoniam Iohannes Domini discipulus in Epheso iens lavari, cùm vidisset intùs Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens

Idem, in Epistolâ ad Victorem Roman. Episc. de Paschate.

Apud Euseb. lib. 5. κεφ. κς.

CVm beatus Polycarpus, Aniceto Episcopatum administrante, Romam adventaret, cúmq; ille & Anicetus de aliis rebus, de quibus inter se discrepabant, pauca contulissent, confestim pax fuit inter eos conciliata: quin pro hoc festo observando, quod controversiæ caput videbatur, charitatis vincula neutiquam ruperunt. Neq; tamen Anicetus Polycarpo poterat persuadere, ut suum observandi morem (quippe qui cum Iohanne discipulo Domini nostri, & cum reliquis Apostolis, quibuscum multùm versatus fuisset, eundem semper ad illum modum observâsset) deponeret: neq; contrà Polycarpus Aniceto persuasit, ut consuetudinem Asiaticam (quippe qui modum Presbyterorum, qui illum erant antegressi, debere sedulò retinere assereret) ullo modo observaret. Quæ cùm ita essent constituta, communicabant inter se mutuò: & in Ecclesiâ Anicetus ritus qui in Eucharistiâ peragi solent Polycarpo, ob reverentiam videlicèt quam erga illum habebat, obeundi potestatem concessit: atq; tandem cum pace alter decessit ab altero: & omnes Ecclesiæ, tum eorum qui decimoquarto die festum Paschatis observabant, tum eorum qui secùs, placidâ pace & tranquillâ inter ipsas fruebantur.

ΤΟῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου, καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους, εὐθὺς εἰρήνευσαν, περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου μὴ φιλεριστήσαντες πρὸς ἑαυτούς. οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετιρηκότα· οὔτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς· καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν εὐχαριστίαν τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων τῶν τηρούντων καὶ μὴ τηρούντων.

Idem

Idem libro 3. adversus hæreses, cap. 3.

Καὶ Πολύκαρπος δὲ οὐ μόνον ὑπὸ Ἀποστόλων μαθητευθεὶς, καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ Ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος, ὃν καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ. ἐπιπολὺ γὰρ παρέμεινε, καὶ πάνυ γηραλέος, ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας, ἐξῆλθε τοῦ βίου. ταῦτα διδάξας ἀεὶ, ἃ καὶ παρὰ τῶν Ἀποστόλων ἔμαθεν, ἃ καὶ ἡ ἐκκλησία παραδίδωσιν, ἃ καὶ μόνα ἐστὶν ἀληθῆ. Μαρτυροῦσιν αἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐκκλησίαι πᾶσαι, καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεδεγμένοι τὸν τοῦ Πολυκάρπου θρόνον, πολλῷ ἀξιοπιστότερον καὶ βεβαιότερον ἀληθείας μάρτυρα ὄντα Πολύκαρπον, Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ τῶν λοιπῶν κακογνωμόνων. ὃς καὶ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ, πολλοὺς ἀπὸ τῶν προειρημένων αἱρετικῶν ἐπέστρεψεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, μίαν καὶ μόνην ταύτην ἀλήθειαν κηρύξας ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων παρειληφέναι, τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραδεδομένην.

Καί εἰσιν οἱ ἀκηκοότες αὐτοῦ, ὅτι Ἰωάννης ὁ τοῦ Κυρίου μαθητὴς ἐν τῇ Ἐφέσῳ πορευθεὶς λούσασθαι, καὶ ἰδὼν ἔσω Κήρινθον, ἐξήλατο τοῦ βαλανείου μὴ λουσάμενος, ἀλλ'

Et Polycarpus autem non solùm ab Apostolis edoctus, & conversatus cum multis ex eis qui Dominum nostrum viderunt, sed etiam ab Apostolis in Asiâ, in eâ quæ est Smyrnis Ecclesiâ, constitutus Episcopus: quem & nos vidimus in primâ nostrâ ætate. multùm enim perseveravit, & valdè senex gloriosissimè & nobilissimè martyrium faciens, exivit de hâc vitâ. Hæc docuit semper quæ ab Apostolis didicerat, quæ & Ecclesiæ tradidit, & sola sunt vera. Et testimonium his perhibent quæ sunt in Asiâ Ecclesiæ omnes, & qui usq; adhuc successerunt Polycarpo: qui vir multo majoris authoritatis testis, & fidelior veritatis est testis, quàm Valentinus & Marcion, & reliqui qui sunt perversæ sententiæ. Is enim est qui sub Aniceto cùm advenisset in urbem, multos ex his quos prædiximus hæreticos convertit in Ecclesiam Dei: unam & solam hanc veritatem annuncians ab Apostolis percepisse se, quam & Ecclesiæ tradidit.

Et sunt qui audierunt eũ dicentẽ, quoniam Iohannes Domini discipulus in Ephesо iens lavari, cùm vidisset intùs Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens

Apud eund. Euseb. lib. 4 κεφ. ιδ.

ἐπειπών·

quod timeat ne balneum concidat, cùm intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Et ipse autem Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti sibi, & dicenti, *Cognosce nos*, respondit; *Cognosco te primogenitum Satanæ*. Tantum Apostoli, & horum discipuli, habuerant timorem, ne verbotenus communicarent alicui eorum qui adulteraverant veritatem; quē- admodum & Paulus ait; *Hæreticum autem hominem post unam correctionem devita, sciens quoniam perversus est qui est talis, & à semetipso damnatus.* Est autem & Epistola Polycarpi ad Philippenses scripta perfectissima; ex quâ, & characterem fidei ejus, & prædicationem veritatis, qui volunt, & curam habent suæ salutis, possunt discere.

Tit. 3. 10. 11.

ἐπειπών, φύγωμεν μὴ καὶ τὸ βαλανεῖον συμπέσῃ, ἔνδον ὄντος Κηρίνθου τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Πολύκαρπος Μαρκίωνί ποτε εἰς ὄψιν αὐτῷ ἐλθόντι, καὶ φήσαντι, Ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς, ἀπεκρίθη· Ἐπιγινώσκω σε τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ. τοσαύτην οἱ Ἀπόστολοι, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτῶν ἔσχον εὐλάβειαν, πρὸς τὸ μηδὲ μέχρι λόγου κοινωνεῖν τινὶ τῶν παραχαρασσόντων τὴν ἀλήθειαν· ὡς καὶ Παῦλος ἔφησεν· αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος. Ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη ἱκανωτάτη, ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ, καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, δύνανται μαθεῖν.

NOTA.

[In textu Irenæi Græco, quem ex Eusebio hîc exhibuimus, duo illa loca in quibus *Ecclesiasticæ traditionis* facta est mentio, à primævâ tum Irenæi tum ipsius Eusebii lectione aliquantulùm videntur esse immutata. Nam quod in priore loco ibi habetur, ἃ καὶ ἡ ἐκκλησία παραδίδωσι, *quæ & Ecclesia tradit*; cùm non solùm antiquissimus Irenæi interpres (cujus versio hîc est apposita) reddiderit, *quæ & Ecclesiæ tradidit*; sed etiam vetus Eusebii interpres Rufinus verterit, *& hæc Ecclesiæ tradebat*: vix dubium est, ab utroq; in Græco pariter lectum fuisse; ἃ καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ παρέδωκε. Similiter & in posteriore loco, cùm Rufinus, *quam & tradebat Ecclesiæ*, atq; ille alter, *quam & Ecclesia tradidit*, pariter transtulerit: activè omninò

nò verba illa expressa invenerunt, non, ut nunc apud Eusebium leguntur, passivè; τὴν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας παραδεδομένην, *qua ab Ecclesiâ tradita est*.]

Tertullianus in lib. de Præscriptionibus, cap. 32.

HOc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt. Sicut Smyrnæorum Ecclesia habens Polycarpum ab Iohanne collocatum refert.

Eusebius, Histor. Ecclesiast. lib. 3. κεφ. λϛ.

Διέπρεπέ γε μὴν κατὰ τούτους ἐπὶ τῆς Ἀσίας τῶν Ἀποστόλων ὁμιλητὴς Πολύκαρπος, τῆς κατὰ Σμύρναν ἐκκλησίας πρὸς τῶν αὐτοπτῶν καὶ ὑπηρετῶν τοῦ Κυρίου τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένος.

IIsdem temporibus Polycarpus, qui magnâ fuit cum Apostolis familiaritate, & notitiâ conjunctus, in Asiâ floruit; & Smyrnensis Ecclesiæ Episcopatum, eorum suffragiis qui Dominum vidissent, quiq; ejus fuissent ministri, obtinuit.

Idem, libro 4. κεφ. ιδ.

Ὁ μέν τοι Πολύκαρπος, ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους αὐτοῦ γραφῇ φερομένῃ εἰς δεῦρο, κέχρηταί τισι μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Πέτρου προτέρας ἐπιστολῆς.

POlycarpus quidem, in Epistolâ ad Philippenses scriptâ, quæ adhuc extat, quibusdam è priore Petri epistolâ testimoniis usus est.

Hieronymus, in Scriptorum Ecclesiasticorum Catalogo.

POlycarpus, Iohannis Apostoli discipulus, & ab eo Smyrnæ Episcopus ordinatus, totius Asiæ princeps fuit: quippe qui nonnullos Apostolorum, & eorum qui viderant Dominum, magistros habuerit & viderit. Hic propter quasdam super die Paschæ quæstiones, sub Imperatore Antonino Pio, Ecclesiam in Vrbe regente Aniceto, Romam venit: ubi plurimos credentium, Marcionis & Valentini persuasione deceptos, reduxit ad fidem. Quumq; ei fortuitò obviam fuisset Marcion, & diceret; *Cognosce nos*: respondit,

ſpondit, *Cognoſco primogenitum Diaboli*. Poſteà verò, regnante M. Antonino & L. Aurelio Commodo, quartâ poſt Neronem perſecutione, Smyrnæ, ſedente Proconſule & univerſo populo in amphitheatro adversùs eum perſonante, igni traditus eſt. Scripſit ad Philippenſes valde utilem Epiſtolam, quæ uſq; hodie in Aſiæ conventu legitur.

Gildas, in Caſtigatione Cleri Britanniæ.

QVis ex vobis, ut Smyrnenſis Eccleſiæ paſtor egregius Polycarpus, Chriſti teſtis, qui menſam humanè hoſpitibus ad ignem eum avidè trahentibus appoſuit; & objectus flammis pro Chriſti charitate dixit? *Qui dedit mihi ignis ferre ſupplicium, dabit ut ſine clavorum confixione flammas immobiliter perferam.*

Photius, in Bibliothecâ, num. CXXVI.

LEcta eſt Polycarpi Epiſtola ad Philippenſes, multis referta admonitionibus, cum perſpicuitate & ſimplicitate, juxta Eccleſiaſticæ interpretationis formam. Dicit verò ſe & Epiſtolas Ignatii Theophori ad eos ſe miſiſſe; petitq; ab illis, ſi quid de eo inaudierint, edoceri.

ΑΝεγνώσθη Πολυκάρπου ἐπιστολὴ πρὸς Φιλιππησίους, γέμουσα πολλῆς νουθεσίας μετὰ σαφηνείας καὶ ἁπλότητος, κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν τῆς ἑρμηνείας τύπον. Λέγει δὲ καὶ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῖς Ἰγνατίου τοῦ Θεοφόρου ἀπεσταλκέναι, καὶ αἰτεῖται ἀναδιδαχθῆναι παρ' αὐτῶν, εἴ τι περὶ ἐκείνου διακούσαιεν.

POLYCARPIANA EPISTOLARUM *IGNATIANARUM* SYLLOGE.

In quâ,

Polycarpi ad *Philippenses* literis subjectæ habentur IGNATII Epistolæ sex, *à veteribus laudatæ.*

I. Ad *Ephesios.*
II. Ad *Magnesianos.*
III. Ad *Trallianos.*
IV. Ad *Romanos.*
V. Ad *Philadelphenos.*
VI. Ad *Smyrnæos.*

Ubi, quæ minio signata sunt, à vetere Latino interprete, adhuc inedito, non agnoscuntur: quem exemplari, illis quæ hodie extant longè sinceriore, in his Epistolis usum fuisse, ex consentientibus veterum Patrum inde citatis testimoniis deprehendimus.



ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΟΛΥ-
1 ΚΑΡΠΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Σμύρνης καὶ ἱερομάρτυρος, πρὸς Φιλιππησίους Ἐπιστολή.

Πολύκαρπος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ Πρεσβύτεροι, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ Φιλίπποις· ἔλεος ὑμῖν, καὶ εἰρήνη παρὰ Θεοῦ παντοκράτορος, καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πληθυνθείη.



Συνεχάρην ὑμῖν μεγάλως, ἐν κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, δεξαμένοις τὰ μιμήματα τῆς ἀληθοῦς ἀγάπης, καὶ προπέμψασιν, ὡς ἐπέβαλεν ὑμῖν, τοὺς ἐνειλημένους τοῖς ἁγιοπρεπέσι δεσμοῖς, ἅτινά ἐστι διαδήματα τῶν ἀληθῶς

S. POLYCARPI MARTYRIS, SMYRnæorum Episcopi, Discipuli S. Iohannis Evangelistæ, *ad Philippenses Epistola.*

Ex vetere vulgatâ editione Latinâ.

Polycarpus, & qui cum eo sunt Presbyteri, Ecclesiæ Dei quæ est Philippis: Misericordia vobis, & pax à Deo omnipotente, & Iesu Christo salvatore nostro abundet.



Congratulatus sum vobis magnificè, in Domino nostro Iesu Christo, suscipiens imitabilia verba dilectionis quam ostendistis in illis (qui præmissi sunt) viris sanctis, decorosis vinculis connexis, quæ sunt coronæ electæ Deo

Deo, illius veri regni, per
Dominum nostrum Ie-
sum Christum. Et quia
firmitas fidei vestræ à
principio usq; nunc per-
manet, & fructificat in
Domino Iesu Christo,
qui sustinuit pro peccatis
nostris usq; ad mortem:
Act.2.24. *quem resuscitavit Deus,*
dissolvens dolores inferni.
1 Pet.1.8. *Quem cùm non videritis,*
nunc diligitis: in quem
nunc non aspicientes, cre-
ditis; credentes autem gau-
debitis gaudio inenarrabi-
li, & glorificato (in quod
multi desiderant introi-
re) scientes quia *gratiâ*
Ephes.2.8. *salvi facti estis, non ex o-*
peribus, sed in voluntate
Dei, per Iesum Christũ.

Propter quod succincti
1.Pet.1.13. *lumbos vestros servite*
Psal.2.11. *Deo cum timore*, & in ve-
ritate: dimisso inani vani-
loquio & multo errore.
1.Pet.1.21. *Credite* ergo *in illum qui*
resuscitavit Dominum no-
strum Iesum Christum ex
mortuis, & dedit ei glo-
riam & sedem in dexterâ
suâ: cui subjecta sunt
omnia cœlestia, & terre-
stria, & subterranea: cui
omnis

θῶς ὑπὸ Θεοῦ, καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐκλελεγμένων. καὶ ὅτι ἡ βεβαία τῆς πίστεως ὑμῶν ῥίζα ἐξ ἀρχαίων καταγγελλομένη χρόνων, μέχρι νῦν διαμένει, καὶ καρποφορεῖ εἰς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ὃς ὑπέμεινεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἕως θανάτου καταντῆσαι· ὃν ἤγειρεν ὁ Θεὸς λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ ᾅδου· εἰς ὃν οὐκ ἰδόντες πιστεύετε, πιστεύοντες δὲ ἀγαλλιᾶσθε χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ καὶ δεδοξασμένῃ· εἰς ἣν πολλοὶ ἐπιθυμοῦσιν εἰσελθεῖν, εἰδότες ὅτι χάριτί ἐστε σεσωσμένοι οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλὰ θελήματι Θεοῦ, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας δουλεύσατε τῷ Θεῷ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ, ἀπολιπόντες τὴν κενὴν ματαιολογίαν, καὶ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην, πιστεύσαντες εἰς τὸν ἐγείραντα τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ δόντα αὐτῷ δόξαν καὶ θρόνον ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ· ᾧ ὑπετάγη τὰ πάντα ἐπουράνια καὶ ἐπίγεια· ᾧ

πᾶσα

πᾶσα πνοὴ λατρεύει· ὃς ἔρχεται κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν· οὗ τὸ αἷμα ἐκζητήσει ὁ Θεὸς ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων αὐτῷ. Ὁ δὲ ἐγείρας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, καὶ ἡμᾶς ἐγερεῖ, ἐὰν ποιῶμεν αὐτοῦ τὸ θέλημα, καὶ πορευώμεθα ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, καὶ ἀγαπῶμεν ἃ ἠγάπησεν, ἀπεχόμενοι πάσης ἀδικίας, πλεονεξίας, φιλαργυρίας, καταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας· μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας, ἢ γρόνθον ἀντὶ γρόνθου, ἢ κατάραν ἀντὶ κατάρας. μνημονεύοντες δὲ ὧν εἶπεν ὁ
« Κύριος διδάσκων· Μὴ κρίνετε, ἵνα
« μὴ κριθῆτε· ἀφίετε, καὶ ἀφεθή-
« σεται ὑμῖν· Ἐλεεῖτε, ἵνα ἐλεη-
« θῆτε. ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε ἀν-
« τιμετρηθήσεται ὑμῖν. Καὶ, ὅτι
« μακάριοι οἱ πτωχοὶ, καὶ οἱ διω-
« κόμενοι ἕνεκεν δικαιοσύνης· ὅτι
« αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ.

omnis spiritus seruit; qui venturus est judicare vivos & mortuos: cujus sanguinem requiret Deus ab eis qui non crediderunt in eum, qui & resuscitavit eum à mortuis; qui & nos resuscitaturus est in vitâ, si fecerimus voluntatem ejus, & ambulaverimus in mandatis ipsius, & dilexerimus quæ ipse dilexit: abstinentes nos ab omni injustitiâ, hoc est, à concupiscentiâ, ab avaritiâ, à detractione, à falso testimonio; *non reddentes malum* 1.Pet.3.9.
pro malo, aut injuriam pro injuriâ, aut contumeliam pro contumeliâ, aut maledictum pro maledicto. Mementote quod Dominus docens dixit: *Nolite* Luc.6.36.
iudicare, ne iudicemini; di- 37.
mittite, & dimittetur vobis: miseremini, & Dominus miserebitur vestri.
Quâ enim mensurâ mensi Mat.5.3.
fueritis, remetietur eadem 10.
vobis. Et quod dictum est: *Beati pauperes spiritu; & qui persecutionem patiuntur propter justitiam; quoniam ipsorum est regnum cælorum.*

Hæc autem, fratres mei, non à meipso imperans scribo vobis de justitiâ: sed quoniam vos provocâstis. Propter quod neq; ego, neq; similis alius mei poterit sequi sapientiam beati & gloriosi Pauli, qui fuit apud vos, & visus est secundùm faciem illis, qui tunc erant, hominibus; qui docuit certissimè atq; firmissimè verbum veritatis: qui & absens scripsit vobis Epistolas; ad quas deflectamini, ut possitis ædificari in fide quæ data est vobis, quæ est mater omnium vestrûm, subsequente spe, præcedente dilectione, quæ est in Deo, & in Christo, & in proximo. si enim quis horum intrinsecùs repletus fuerit mandatis justitiæ, & habuerit dilectionem; longè est ab omni peccato.

1. Tim. 6. 7. Principium autem omnium malorum est avaritia. Scitote ergo, *quia nihil intulimus in hunc mundum, neq; auferre possumus.* Armemur armis justitiæ: & doceamus nos-

Ταῦτα ἀδελφοί οὐκ ἐμαυτῷ ἐπιτρέψας γράφω ὑμῖν περὶ τῆς δικαιοσύνης· ἀλλ' ἐπεὶ ὑμεῖς προεπεκαλέσασθέ με. Οὔτε γὰρ ἐγώ, οὔτε ἄλλος ὅμοιος ἐμοὶ δύναται κατακολουθῆσαι τῇ σοφίᾳ τοῦ μακαρίου καὶ ἐνδόξου Παύλου, ὃς γενόμενος ἐν ὑμῖν κατὰ πρόσωπον τῶν τότε ἀνθρώπων, ἐδίδαξεν ἀκριβῶς καὶ βεβαίως τὸν περὶ ἀληθείας λόγον. ὃς καὶ ἀπὼν ὑμῖν ἔγραψεν ἐπιστολάς· εἰς ἃς ἐὰν ἐγκύπτητε, δυνηθήσεσθε οἰκοδομεῖσθαι εἰς τὴν δοθεῖσαν ὑμῖν πίστιν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ πάντων ὑμῶν, ἐπακολουθούσης τῆς ἐλπίδος, προαγούσης τῆς ἀγάπης, τῆς εἰς Θεὸν καὶ Χριστόν, καὶ εἰς τὸν πλησίον. ἐὰν γάρ τις τούτων ἐντὸς ᾖ, πεπλήρωκεν ἐντολὴν δικαιοσύνης· Ὁ γὰρ ἔχων ἀγάπην, μακράν ἐστι πάσης ἁμαρτίας.

Ἀρχὴ δὲ πάντων χαλεπῶν φιλαργυρία. Εἰδότες οὖν ὅτι οὐδὲν „ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, „ ἀλλ' οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι ἔχομεν, „ ὁπλισώμεθα τοῖς ὅπλοις τῆς δικαιοσύνης, καὶ διδάξωμεν ἑαυτοὺς

met

πρῶτον, πορεύεσθαι ἐν τῇ ἐντολῇ
τοῦ Κυρίου, ἔπειτα καὶ τὰς γυναῖ-
κας ὑμῶν ἐν τῇ δοθείσῃ αὐταῖς
πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἀγνείᾳ (στερ-
γούσας τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας ἐν πά-
σῃ ἀληθείᾳ, καὶ ἀγαπώσας πάν-
τας ἐξ ἴσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ)
καὶ τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παι-
δείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Τὰς
χήρας σωφρονούσας περὶ τὴν τοῦ
Κυρίου πίστιν, ἐντυγχανούσας ἀ-
διαλείπτως περὶ πάντων, μα-
κρὰν οὔσας πάσης διαβολῆς, κα-
ταλαλιᾶς, ψευδομαρτυρίας, φι-
λαργυρίας καὶ παντὸς κακοῦ. γι-
3 νωσκούσας ὅτι εἰσὶ θυσιαστήρια
Θεοῦ. καὶ ὅτι πάντα ἡμῶν σκέ-
πτεται, καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδὲν,
οὔτε λογισμῶν, οὔτε ἐννοιῶν, οὔτ᾽ ἐπὶ
τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας.

Εἰδότες οὖν, ὅτι Θεὸς οὐ μυκ-
τηρίζεται, ὀφείλομεν ἀξίως τῆς
ἐντολῆς αὐτοῦ καὶ δόξης περιπα-
τεῖν. Ὁμοίως διάκονοι ἄμεμπτοι
κατενώπιον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης,
ὡς Θεοῦ ἐν Χριστῷ διάκονοι, καὶ
οὐκ ἀνθρώπων· μὴ διάβολοι,
μὴ δίγλωσσοι, ἀφιλάργυροι,

met ipsos primùm ambu-
lare in mandatis Domini,
& post hoc etiam mulie-
res vestras in fide quæ da-
ta est eis, & dilectione, &
castitate(amantes suos vi-
ros in omni veritate &
charitate; diligentes om-
nes æqualiter in omni
continentiâ) & filios eru-
dire in disciplinâ & timo-
re Dei. Viduæ verò pudi-
cæ circa fidem Dei, inter-
pellent incessanter pro
omnibus; elongantes se
ab omnibus diabolicis de-
tractionibus,& falso testi-
monio,& ab omni malo:
cognoscentes seipsas,quia
sunt sacrarium Dei. Quo-
niam omnia Deus prospi-
cit, & nihil eum; latet ne-
que cogitatio, neque con-
scientia, neque aliquod
abditum cordis.

Scientes ergo quia *De-* Gal.6.7.
us non deridetur; debemus
dignè in mandatis ejus,&
gloriâ ambulare. Simili-
ter Diaconi inculpabiles
sint in conspectu justitiæ
ejus, sicut Dei & Christi
ministri,& non hominum:
non criminatores,neq; de-
tractores,neq; avari; sed

omnia tolerantes, in omnibus misericordes, diligentes in omnibus, ambulantes in veritate Domini, qui factus est minister omnium: * cui si complaceamus in hoc seculo, percipiemus ea quæ futura sunt, secundùm quod repromisit resuscitare nos à mortuis: & si dignè eo conversati fuerimus, & si crediderimus, conregnabimus cùm eo. Iuvenes similiter inculpabiles sint in omnibus: omnem ignorantiam prævidentes, refrænantes se ab omni malo. Bonum est enim abscidi ab omnibus concupiscentiis mundi: quoniam omnis concupiscentia *adversùs spiritum militat*: quia *neq; fornicarii, neq; molles, neq; masculorum concubitores, regnum Dei possidebunt*, neq; illicita facientes. Propter quod abstineri oportet ab omnibus his. Subjecti estote Presbyteris & Diaconis, sicut Deo & Christo. Virgines, immaculatâ & castâ conscientiâ ambulare.

* *Al.* huic si placemus.

1. Pet. 2. 11

1. Cor. 6. 9. 10.

ἐγκρατεῖς περὶ πάντα, εὔ-
σπλαγχνοι, ἐπιμελεῖς, πορευό-
μενοι κατὰ τὴν ἀλήθειαν τοῦ Κυ-
ρίου, ὃς ἐγένετο διάκονος πάντων·
ᾧ ἐὰν εὐαρεστήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰ-
ῶνι, ἀποληψόμεθα καὶ τὸν μέλλον-
τα, καθὼς ὑπέσχετο ἡμῖν ἐγεῖ-
ραι ἡμᾶς ἐκ νεκρῶν· καὶ ὅτι ἐὰν
πολιτευσώμεθα ἀξίως αὐτοῦ, καὶ
συμβασιλεύσωμεν αὐτῷ, εἴγε
πιστεύωμεν. Ὁμοίως καὶ νεώτεροι
ἄμεμπτοι ἐν πᾶσι, περὶ παντὸς
προνοοῦντες ἁγνείας, καὶ χαλι- 4
ναγωγοῦντες ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς
κακοῦ. Καλὸν γὰρ τὸ ἀνακόπτεσθαι
ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν ἐν τῷ κόσμῳ·
ὅτι πᾶσα ἐπιθυμία κατὰ τοῦ πνεύ-
ματος στρατεύεται. Καὶ οὔτε πόρ-
νοι, οὔτε μαλακοί, οὔτε ἀρσενοκοῖται
βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσιν,
οὔτε οἱ ποιοῦντες τὰ ἄτοπα. Διὸ δέον
ἀπέχεσθαι ἀπὸ πάντων τούτων,
ὑποτασσομένους τοῖς πρεσβυτέ-
ροις καὶ διακόνοις, ὡς Θεῷ καὶ
Χριστῷ. Τὰς παρθένους ἐν ἀμώ-
μῳ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει περιπα-
τεῖν.

Presbyteri

Καὶ οἱ πρεσβύτεροι δὲ εὐ-
σπλαγχνοι, εἰς πάντας ἐλεή-
μονες, ἐπιστρέφοντες τὰ ἀποπε-
πλανημένα, ἐπισκεπτόμενοι
πάντας ἀσθενεῖς, μὴ ἀμελοῦν-
τες χήρας, ἢ ὀρφανοῦ, ἢ πένη-
τος· ἀλλὰ προνοοῦντες ἀεὶ τοῦ
καλοῦ ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀνθρώ-
πων, ἀπεχόμενοι πάσης ὀργῆς,
προσωποληψίας, κρίσεως ἀδί-
κου· μακρὰν ὄντες πάσης φιλαρ-
γυρείας· μὴ ταχέως πιστεύον-
τες κατά τινος. μὴ ἀπότομοι ἐν
κρίσει· εἰδότες ὅτι πάντες ὀφει-
λέται ἐσμὲν ἁμαρτίας. Εἰ οὖν
δεόμεθα τοῦ Κυρίου, ἵνα ἡμῖν ἀ-
φῇ, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς ἀ-
φιέναι. Ἀπέναντι γὰρ τῶν τοῦ
Κυρίου καὶ Θεοῦ ἐσμεν ὀφθαλ-
μῶν, καὶ πάντας δεῖ παραστῆναι
τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ, καὶ ἕκαστον
ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγον δοῦναι. οὕ-
τως οὖν δουλεύσωμεν αὐτῷ μετὰ
φόβου, καὶ πάσης εὐλαβείας· κα-
θὼς αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ οἱ εὐ-
αγγελισάμενοι ἡμᾶς Ἀπόστολοι,
καὶ οἱ Προφῆται οἱ προκηρύξαν-
τες τὴν ἔλευσιν τοῦ Κυρίου ἡ-

Presbyteri, ſimplices
ſint, in omnibus miſeri-
cordes, omnes ab errore
convertentes, omnes in-
firmos viſitantes, viduas
& pupillos & pauperes
non negligentes; ſed ſem-
per *providentes bona* co- Rom.12.
ram Deo & hominibus. 17.
Abſtinete vos ab omni
iracundiâ, à judicio inju-
ſto: longè ab omni avari-
tiâ eſtote. Non citò con-
ſentiatis adversùs ali-
quem, ne prævaricemini
in judicio: ſcientes, quia
debitores ſumus peccati.
Si ergo deprecamur Do-
minum, ut nobis dimit-
tat; debemus etiam nos
dimittere. Ante conſpe-
ctum enim oculorum Mat.6.12,
Domini ſumus; & *omnes* 14.
oportet aſtare ante tribu- Rom.14.
nal Chriſti, & unum- 10.
quemq; pro ſe rationem 2.Cor.5.
reddere. Sic ergo ſervia- 10.
mus ei cum timore, &
omni reverentiâ; ſecun-
dùm quod evangelizave-
runt nobis Apoſtoli Do-
mini, & Prophetæ annun-
ciaverunt adventum Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti:

zelantes bona; abstinen-
tes vos à scandalis, & fal-
sis fratribus, & qui in hy-
pocrisim portant nomen
Domini, qui aberrare fa-
ciunt inanes homines.
1. Ioh.4.3. Omnis enim *qui non*
confitetur Iesum Christum
in carne venisse, hic *An-*
tichristus est; & qui non
confitetur martyriū cru-
cis, ex diabolo est: & qui
deviaverit eloquia Do-
mini ad propria desideria,
& dixerit neq; resurrecti-
onem, neq; judicium esse,
hic primogenitus est Sa-
tanæ. Propter quod re-
linquentes vanitatē mul-
torum, & falsas doctri-
nas, ad illud quod tradi-
tum est nobis à principio
1.Pet.4.7. verbum revertamur. So-
brii simus in orationibus,
& jejunia tolerantes; sup-
plicationibus petētes om-
nium perspectorem Do-
Mat. 6. 13. minum, *ne nos inducat in*
tentationem : secundùm
Mat.26.41. quod dixit Dominus; *Spi-*
ritus quidem promptus
est, caro autem infirma.

μένοι· ζηλωταὶ περὶ τὸ καλὸν,
ἀπεχόμενοι σκανδάλων, καὶ τῶν
ψευδαδέλφων, καὶ τῶν ἐν ὑπο-
κρίσει φερόντων τὸ ὄνομα τοῦ Κυ-
ρίου· οἵτινες ἀποπλανῶσι κενοὺς
ἀνθρώπους.
Πᾶς γὰρ, ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ
Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐλη-
λυθέναι, ἀντίχριστός ἐστι· καὶ
ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ τὸ μαρτύριον
τοῦ σταυροῦ, ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστί. Καὶ
ὃς ἂν μεθοδεύῃ τὰ λόγια τοῦ Κυρίου
πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας, καὶ
λέγῃ μήτε ἀνάστασιν, μήτε κρίσιν
εἶναι, οὗτος πρωτότοκός ἐστι τοῦ Σα- 5
τανᾶ. Διὸ ἀπολιπόντες τὴν
ματαιότητα τῶν πολλῶν, καὶ τὰς
ψευδοδιδασκαλίας, ἐπὶ τὸν ἐξ
ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λό-
γον ἐπιστρέψωμεν, νήφοντες
πρὸς τὰς εὐχὰς, καὶ προσκαρ-
τεροῦντες νηστείαις· δεήσεσιν
αἰτούμενοι τὸν παντεπόπτην Θε-
όν, μὴ εἰσενεγκεῖν ἡμᾶς εἰς πει-
ρασμὸν, καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος·
τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ
σὰρξ ἀσθενής.

Indefi-

Ἀδιαλείπτως οὖν προσκαρτερῶμεν τῇ ἐλπίδι ἡμῶν, καὶ τῷ ἀρραβῶνι τῆς δικαιοσύνης ἡμῶν, ὅς ἐστι Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃς
« ἀνήνεγκεν ἡμῶν τὰς ἁμαρτίας
« τῷ ἰδίῳ σώματι ἐπὶ τὸ ξύλον.
« ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ
« εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· ἀλλὰ δι' ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν ἐν αὐτῷ, πάντα ὑπέμεινε. Μιμηταὶ οὖν γενώμεθα τῆς ὑπομονῆς αὐτοῦ· καὶ ἐὰν πάσχωμεν διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, δοξάζωμεν αὐτόν· τοῦτον γὰρ ἡμῖν τὸν ὑπογραμμὸν ἔθηκε δι' ἑαυτοῦ· καὶ ἡμεῖς τοῦτο ἐπιστεύσαμεν.

Παρακαλῶ οὖν πάντας ὑμᾶς πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἀσκεῖν πᾶσαν ὑπομονήν, ἣν ἴδετε κατ' ὀφθαλμοὺς, οὐ μόνον ἐν τοῖς μακαρίοις Ἰγνατίῳ, καὶ Ζωσίμῳ καὶ Ῥούφῳ· ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλοις τοῖς ἐξ ὑμῶν, καὶ ἐν αὐτῷ Παύλῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς Ἀποστόλοις· πεπεισμένους, ὅτι οὗτοι πάντες οὐκ εἰς κενὸν ἔδραμον· ἀλλ' ἐν

Indeficienter ergo toleremus propter spem nostram & pignus justitiæ, quod est Iesus Christus: *qui sustulit peccata nostra in corpore suo super lignum, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus*; sed propter nos omnia sustinuit, ut vivamus in ipso. Imitatores ergo efficiamur tolerantiæ ejus; & si passi fuerimus pro nomine ejus, glorificemus eum: hoc enim nobis indicium posuit de seipso; & nos hoc credidimus.

1.Pet.2.24.

1.Pet.2.22

Rogo igitur vos omnes insistere verbo justitiæ & patientiæ, quam & oculatâ fide vidistis, non solùm in beatissimis illis Ignatio & Zosimo & Rufo; sed & in aliis qui ex vobis sunt, & in ipso Paulo, & cæteris Apostolis: confidentes quia hi omnes non in vacuo cucurrerunt, sed in fide &

Producuntur ista ab Eusebio, lib. 3. hist. Ecclesiast. κεφ. λς.

πίστει.

justitiâ; & ad debitum sibi locum * à Domino, cui & compassi sunt, abierunt: quia non hoc seculum dilexerunt; sed eum qui pro ipsis & pro nobis mortuus est, & à Deo resuscitatus.

* al. cum Dom.

πίστει καὶ δικαιοσύνῃ· καὶ ὅτι εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ, ᾧ καὶ συνέπαθον. Οὐ γὰρ τὸν νῦν ἠγάπησαν αἰῶνα, ἀλλὰ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν 6
ἀποθανόντα, καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀναστάντα.

Desiderantur Græca.

*al. præsentantes,

Tob. 12. 9.

1. Pet. 2. 12.

* al. considerantes

In his ergo state, & Domini exemplar sequimini; firmi in fide & immutabiles, fraternitatis amatores, diligentes invicem, in veritate sociati, mansuetudinem alterutri * præstantes, nullum despicientes. Cùm potestis benefacere, nolite differre: quia *eleemosyna de morte liberat*. Omnes vobis invicem subjecti estote; *conversationem vestram irreprehensibilem * habentes in gentibus*: ut ex bonis operibus vestris & vos laudem accipiatis, & Dominus in vobis non blasphemetur. Væ autem illi, per quem nomen Domini blasphematur. Sobrietatem ergo docete omnes: in quâ & vos conversamini.

1. Cor. 6. 2.

Philip. 1.

Nimis contristatus sum pro *Valente*, qui Presbyter factus est aliquando apud vos: quòd sic ignoret is locum, qui datus est ei. Moneo itaq; vos ut abstineatis ab avaritiâ, & sitis casti, & veraces. Abstinete vos ab omni malo. Qui autem in his non potest se gubernare, quomodo alii pronunciat hoc? Si quis non abstinuerit se ab avaritiâ, ab idololatriâ coinquinabitur; & tanquam inter gentes judicabitur. Qui autem ignorant judicium Domini? *An nescimus, quia sancti mundum judicabunt?* sicut *Paulus* docet. Ego autem nihil tale sensi in vobis, vel audivi, in quibus laboravit beatus *Paulus*; qui estis in principio Epistolæ ejus. De vobis etenim gloriatur in omnibus Ecclesiis, quæ Deum solæ tunc cognoverant: nos autem nondum noveramus. 7
Valde ergo, fratres, contristor pro illo & pro conjuge

juge ejus: quibus det Dominus pænitentiam * veram. So- * *al.* vestrã
brii ergo estote & vos in hoc, & non sicut inimicos tales
existimetis, sed sicut passibilia membra & errantia eos re-
vocate; ut omnium vestrûm corpus salvetis. Hoc enim a-
gentes, vos ipsos ædificatis.

Confido enim vos bene exercitatos esse in sacris literis,
& nihil vos latet; mihi autem non est concessum modò: ut
his scripturis dictum est. *Irascimini, & nolite peccare.* Et, Psal. 4. 5.
Sol non occidat super iracundiam vestram. Beatus qui * me- Eph. 4. 26.
minerit: quod ego credo esse in vobis. Deus autem & Pa- * *al.* credi-
ter Domini nostri Iesu Christi, & ipse sempiternus Ponti- derit.
fex, Dei filius, Iesus Christus ædificet vos in fide & veri-
tate, & in omni mansuetudine; & sine iracundiâ, & in pa-
tientiâ & longanimitate & tolerantiâ & castitate: & det vo-
bis sortem & partem inter sanctos suos; & nobis vobiscum
& omnibus qui sunt sub cælo, qui credituri sunt in Domi-
num nostrum Iesum Christum, & in ipsius Patrem, qui
resuscitavit eum à mortuis. Pro omnibus sanctis orate.
Orate etiam pro Regibus & Potestatibus & Principibus,
atq; pro persequentibus & odientibus vos, & pro inimi-
cis crucis: ut fructus vester manifestus sit in omnibus; ut si-
tis in illo perfecti.

8 Ἐγράψατέ μοι καὶ ὑμεῖς καὶ Ἰγνάτιος, ἵνα ἐάν τις ἀπέρχηται εἰς Συρίαν, καὶ τὰ παρ' ὑμῶν ἀποκομίσῃ γράμματα· ὅπερ ποιήσω, ἐὰν λάβω καιρὸν εὔθετον, εἴτε ἐγὼ, εἴτε ὃν πέμψω πρεσβεύσοντα καὶ περὶ ὑμῶν. Τὰς ἐπιστολὰς Ἰγνατίου τὰς πεμφθείσας ἡμῖν ὑπ' αὐτοῦ, καὶ

Scripsistis mihi & vos & *Ignatius*, ut si quis vadit ad Syriam, deferat literas meas, quas fecero ad vos; si habuerimus tempus opportunum, sive ego, seu legatus quem misero pro vobis. Epistolas sanè *Ignatii*, quæ transmissæ sunt vobis ab

Habentur Græca hæc apud Eusebium, in loco citato.

10 eo, & alias quantaſcunq; apud nos habuimus, trāſmiſimus vobis (ſecundùm quod mandâſtis) quæ ſunt ſubjectæ huic Epiſtolæ: ex quibus magnus vobis erit profectus. Cōtinent enim fidem, patientiam, & omnem ædificationem ad Dominum noſtrum pertinentem.

ἄλλας ὅσας εἴχομεν παρ' ἡμῖν, ἐπέμψαμεν ὑμῖν, καθὼς ἐνετείλασθε· αἵτινες ὑποτεταγμέναι εἰσὶ τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ· ἐξ ὧν μεγάλα ὠφεληθῆναι δυνήσεσθε. Περιέχουσι γὰρ πίστιν, καὶ ὑπομονὴν, καὶ πᾶσαν οἰκοδομὴν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν ἀνήκουσαν.

11 Et de ipſo *Ignatio*, & de † his qui cum eo ſunt, quod certius agnoveritis, ſignificate.

† *al.* ipſis

Hæc vobis ſcripſi per *Creſcentem*, quem in præſenti commendavi vobis, & nunc commendo. Converſatus eſt enim nobiſcum inculpabiliter: credo quia & vobiſcum ſimiliter. Sororem autem ejus habebitis commendatam, cùm venerit ad vos. Incolumes eſtote in Domino Ieſu Chriſto in gratiâ cum omnibus veſtris. AMEN.



ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ ΙΓΝΑΤΙΟΥ,

ἀρχιεπισκόπου Θεουπόλεως Ἀντιοχείας, Ἐπιστολαί.

ΠΡΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥΣ,

ΙΓΝΑΤΙΟΣ ὁ καὶ Θεο-
φόρος, τῇ εὐλογημένῃ ἐν
μεγέθει Θεοῦ Πατρὸς καὶ πλη-
ρώματι, τῇ καὶ προωρισμέ-
νῃ πρὸ αἰώνων εἶναι διὰ παν-
τὸς εἰς δόξαν παράμονον,
ἄτρεπτον, ἡνωμένην, καὶ ἐκλε-
λεγμένην ἐν πάθει ἀληθινῷ,
ἐν θελήματι Θεοῦ Πατρὸς,
καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ,
τοῦ σωτῆρος ἡμῶν· τῇ ἐκ-
κλησίᾳ τῇ ἀξιομακαρίστῳ,
τῇ οὔσῃ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσί-
ας, πλεῖστα ἐν Ἰησοῦ Χρι-
1 στῷ, καὶ ἐν ἀμώμῳ χαρᾷ
χαίρειν.

2 Ἀποδεξάμενος ὑ-
μῶν ἐν Θεῷ τὸ
3 πολυπόθητον ὄ-
νομα, ὃ κέκτησθε
φύσει δικαίᾳ, κατὰ πίστιν καὶ ἀγά-

B. IGNATII,

ANTIOCHENÆ Ecclesiæ Episcopi & Martyris, discipuli S. Iohannis *Evangelistæ, Epistolæ.*

Ex vetere vulgatâ editione Latinâ.

AD EPHESIOS,

De unitate, scripta ex Smyrnâ.

ubi positus est (eo quòd non fuerat locus) nulla humana præparatio, provectus ætatis, crementum corporis, humana loquela: sed & quòd esuriit, sitivit, iter ambulavit, laboravit; sacrificiorum oblatio, circumcisio, baptismum, vox Dei desuper ad baptizatum, quid vel undè fuerit testificatio Spiritûs & Dei vox; *Iohannis* prophetia significans passionem per agni appellationem, diversorum signorum operatio, variæ curationes, imperium Domini, quo mari imperavit, & ventos sedavit, & spiritus iniquos fugavit; seipsum torquens, & de manifestatione virtutis suæ affligens.

Hæc omnia videns, non habes quid facias, nisi tenebrosas vertigines. Et quia virgo peperit ignoras: sed confundit te Angelorum laudatio, Magorum adoratio, stellæ apparitio. Ignorantiam igitur olim

τιναι, διὰ τὸ μὴ εἶναι τόπον, οὐδεμία παρασκευὴ ἀνθρωπίνη, αὐξήσεως προκοπή, ἀνθρώπινα ῥήματα, πεῖνα, δίψα, ὁδοιπορία, κόπος, θυσιῶν προσκομιδαί· ἔπειτα καὶ περιτομή, βάπτισμα, φωνὴ Θεοῦ ἐπὶ τῷ βαπτιζομένῳ· ὅστις καὶ πόθεν μαρτυρία Πνεύματος καὶ Πατρὸς ἀπ᾽ οὐρανόθεν· φωνὴ Ἰωάννου προφήτου, σημαίνουσα πάθος διὰ τῆς τοῦ ἀμνοῦ προσηγορίας· σημείων διαφόρων ἐνέργειαι, ἰάσεις ποικίλαι, ἐπιτίμησις δεσποτική, προστάττουσα θαλάττῃ καὶ ἀνέμοις· πνεύματα πονηρὰ φυγαδευόμενα, σεαυτὸν στρεβλούμενον, ἐκ τῆς τοῦ φαινομένου δυνάμεως αἰκιζόμενον, οὐκ ἔχοντα ὅ, τι ποιήσῃς.

Ταῦθ᾽ ὁρῶν, ἰλιγγιᾷς. καὶ ὅτι παρθένος ἡ τίκτουσα, ἠγνόεις. ἀλλ᾽ ἐξέπληττέ σε ἡ τῶν ἀγγέλων ὑμνολογία, ἡ τῶν μάγων προσκύνησις, ἡ τοῦ ἀστέρος ἐπιτολή. Εἰς ἄγνοιαν σὺ

incurristi

παλινδρομεῖς, διὰ τὰ εὐτελῆ· μικρὰ γάρ σοι δοκεῖ σπάργανα, . πάθη, περιτομὴ, γαλακτοτροφία· ἀνάξιά σοι ταῦτα κατὰ Θεοῦ κατεφαίνετο. Πάλιν εἶδες ἄνθρωπον, τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ νύκτας ἄγευστον μείναντα τροφῆς ἀνθρωπίνης, ἀγγέλους διακονοῦντας, (οὓς καὶ ἔφριττες,) ἰδὼν πρῶτον, ὡς κοινὸν ἄνθρωπον, βαπτιζόμενον, καὶ τὴν αἰτίαν ἀγνοῶν· μετὰ δὲ τὴν νηστείαν πεινῶντα κατεθάρσεις πάλιν, καὶ ἐπείραζες ὡς κοινὸν ἄνθρωπον, ἀγνοῶν ὅστις εἴη· ἔλεγες γὰρ, « Εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, « εἰπὲ ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρ« τοι γένωνται· τὸ γὰρ, Εἰ υἱὸς εἶ, ἀγνοίας ἐστίν· εἰ γὰρ ὄντως ἐγίνωσκες, ἠπίστω ὅτι δημιουργῷ καὶ τὸ μὴ ὂν ποιῆσαι, καὶ τὸ ὂν μεταβαλεῖν, ἐπ' ἴσης δυνατόν. καὶ διὰ γαστρὸς πειράζεις τὸν τρέφοντα πάντας τοὺς τροφῆς δεομένους· καὶ πειράζεις τὸν τῆς δόξης κύριον, ἐπιλα-

incurristi per contumaciam. Parva tibi videntur cunabula, passiones, circumcisio, lactis nutritio. Indigna tibi hæc Deo esse videntur. Iterùm ne vidisti hominem quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ingustabilem existentem cibo humano, & Angelos ei ministrantes; quos & tu timebas? videns primò, quasi communem hominem baptizatum, & causam ignorans. Post jejunium verò esurienti insidiabaris; & tentabas quasi communem hominem; ignorans quis esset, dicebas enim: *si filius Dei es*. Ignorantiæ id est. Nam si verè cognosceres: scires sine dubio, quia quæ impossibilia videntur ad faciendum, & difficilia ad convertendum, factori omnia possibilia sunt. Et propter ventrem tentas eum qui pascit omnes esca indigentes, & audes tentare Dominum glo- Matth. 4.3.

riæ:

riæ: oblitus per tuam
Mat. 4. 4. malitiam, quia *non in pane solo vivit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei.* Si scires quia filius Dei erat: cognosceres utiq;, quia in quadraginta diebus, & quadraginta noctibus in- indigens faciens corruptibile corpus, & in continuatione hoc facere poterat. Sed idcircò esuriit, ut ostenderet quià verè suscepit corpus passibile, simile hominibus. Propterea & primò ostendit, quia Deus erat; & in secundo, quia homo fuit.

Luc. 10. 18. Tu ergò, qui *tanquàm fulgur* de sublimi gloriâ cecidisti, audes dicere Domino; *Mitte te hinc deorsùm*, (cui ea quæ sunt æstimantur quasi quæ non sint) & ad inanem gloriam provocas eum, qui non extollitur? Et fingis te Scripturas de eo
Matth. 4. 6. legere, dicens: *Scriptum est enim, quoniam Ange-*

θόμενος ἐκ κακονοίας, ὅτι οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ. Εἰ γὰρ ἐγίνωσκες ὅτι υἱὸς Θεοῦ ἦν, ἐγίνωσκες ὅτι ὁ ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις καὶ ἰσαρίθμοις νυξὶν ἀνενδεὲς ποιήσας τὸ σῶμα, καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς ἐδύνατο τοῦτο ποιῆσαι. Διὰ τί οὖν πεινᾷ; ἵνα δείξῃ, ὅτι κατ' ἀλήθειαν ἀνέλαβε σῶμα ὁμοιοπαθὲς ἀνθρώποις. Διὰ μὲν τοῦ πρώτου, ἔδειξεν ὅτι θεός· διὰ δὲ τοῦ δευτέρου, ὅτι καὶ ἄνθρωπος.

Σὺ οὖν ὁ ἐκπεσὼν ἐκ τῆς ὑψηλοτάτης δόξης, ὡς ἀστραπή, τολμᾷς λέγειν τῷ Κυρίῳ, Βάλε σεαυτὸν ἐντεῦθεν κάτω (ᾧ τὰ ὄντα λελόγισται ὡς μὴ ὄντα) καὶ εἰς κενοδοξίαν προσκαλέσαι τὸν οὐκ ἐπιδεικτιῶντα; καὶ προσποιῇ τὴν γραφὴν ἀναγινώσκειν περὶ αὐτοῦ, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ,

lis

“ ἐντελεῖται περὶ σοῦ, καὶ ἐπὶ
“ χειρῶν ἀροῦσί σε, τοῦ μὴ προσ-
“ κόψαι πρὸς λίθον τὸν πό-
“ δα σου· καὶ τὰ λοιπὰ παρασιωπῇ
ἀγνοεῖν, κλέπτων ἃ περὶ σοῦ καὶ
τῶν σῶν περιπόλων προεφή-
“ τευσεν. Ἐπὶ ἀσπίδα καὶ βασι-
“ λίσκον ἐπιβήσῃ, καὶ καταπατή-
“ σεις λέοντα καὶ δράκοντα.

Εἰ τοίνυν σὺ πάτημα τῶν
ποδῶν τοῦ Κυρίου, πῶς πει-
ράζεις τὸν ἀπείραστον; ἐπι-
λαθόμενος τοῦ νομοθέτου παρα-
“ κελευομένου, ὅτι οὐκ ἐκπει-
“ ράσεις Κύριον τὸν θεόν σου·
ἀλλὰ καὶ τολμᾷς, ἀναιδέστατε,
τὰ τοῦ Θεοῦ ἔργα ἐκδῦσαι,
“ καὶ σοὶ παραδεδόσθαι λέγειν
“ τὴν τούτων ἀρχήν· καὶ τὴν σὴν
πτῶσιν προτείνεις τῷ Κυρίῳ,
καὶ διδόναι τὰ αὐτοῦ αὐτῷ ἐπαγ-
“ γέλλῃ, ἐὰν πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς
“ προσκυνήσῃ σοι· καὶ πῶς οὐκ
ἔφριξας τοιαύτην φωνὴν κατὰ
τοῦ δεσπότου προήκασθαι, ὁ
πάντων πονηρῶν πνευμάτων

lis suis mandavit de te, ut in manibus tollant te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. & fingis te sequentia ignorare; furans ea quæ de te ac tuis ministris prophetavit dicens: *Super aspidē & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* Psal 90. (al. 91.) 13.

Si ergò conculcatio es pedum Domini: quomodo tentas intentabilem? immemor legislatoris, qui dixit: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Deut. 6. 16. Et audes, impudentissime, opera Dei assumere, & dicere; quia *tibi traditus est principatus eorum:* & casum tuum extendis contra Dominum, & promittis te dare ei quæ sunt ipsius, dicens; *Hæc omnia tibi dabo, si cadens in terram adoraveris me.* Luc. 4. 6, 7. Quomodo non timuisti talem vocem contra Dominum emittere, tu qui omnium spirituum malignorum

malignissimus es: & pro
Genes. 3. 14. malitiâ, *ventre & pectore in terrâ repere* jussus es, & per inanem gloriam inhonoratus es; qui per avaritiam & arrogantiam ad impietatem deductus es. Tu incensor, draco, apostata, serpens perplexus, à Deo discedens, à *Christo* separatus, à Sancto spiritu alienatus, & à choro Angelorum exulatus; injuriator legis Dei, & legitimorum inimicus; qui super Protoplastos insurrexisti, & à mandato Dei eos avertisti, qui nihil te læserunt; qui adversùs *Abel*, *Cain* parricidam excitâsti, qui in *Iob* mala exercuisti: tu ergò hujusmodi dicis Domino; *Si cadens adoraveris me?* O audacia! O puniende serve fugitive, serve flagellande, exterminator bonorum! Domino dominorum, perfecto Deo omnium intelligibilium atq; sensibilium dicis? *Si*

πονηρότερον ἐκ κακονοίας πνεῦμα; Διὰ γαστέρος ἐτλήθης, καὶ διὰ κενοδοξίας ἠτιμάσθης· διὰ φιλοχρηματίας καὶ φιλαρχίας εἰς ἀσέβειαν ἐφέλκῃ· σὺ ὁ Βελίαρ, ὁ δράκων, ὁ ἀποστάτης, ὁ σκολιὸς ὄφις, ὁ τοῦ Θεοῦ ἀποστάς, ὁ τοῦ Χριστοῦ χωρισθείς, ὁ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀλλοτριωθεὶς, ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἀγγέλων ἐξωσθεὶς, ὁ τῶν νόμων τοῦ Θεοῦ ὑβριστὴς, ὁ τῶν νομίμων ἐχθρὸς, ὁ τοῖς πρωτοπλάστοις ἐπαναστὰς καὶ τῆς ἐντολῆς ἐξώσας τοὺς οὐδὲν ἀδικήσαντάς σε, ὁ τῷ Ἄβελ ἐπιμαστήσας τὸν ἀνθρωποκτόνον Καΐν, ὁ τῷ Ἰὼβ ἐπιστρατεύσας, λέγεις τῷ Κυρίῳ, Ἐὰν πεσὼν προσ-„ κυνήσῃς μοι; Ὢ τῆς τόλ-„ μης, ὢ τῆς παραπληξίας. δοῦλος δραπέτης, δοῦλος μαστιγίας, ἀφηνιᾷς τοῦ καλοῦ δεσπότου; δεσπότῃ τηλικούτῳ, θεῷ πάντων τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν λέγεις, Ἐὰν πε-„

cadens

" σῶν προσκυνήσῃς μοι;

Ὁ δὲ Κύριος μακροθυμεῖ, καὶ οὐκ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναιρεῖ τὸν ἀπὸ ἀγνοίας τοιαῦτα θρασυνόμενον, ἀλλὰ πρᾴως ἀπο-
" κρίνεται, Ὕπαγε Σατανᾶ. οὐκ εἶπεν, ὕπαγε ὀπίσω μου (οὐ γὰρ ὑποστρέψαι οἷός τε) ἀλλ' ὕπαγε Σατανᾶ, ἐν οἷς ἐπελέξω. ὕπαγε ἐν οἷς ἠρεθίσθης ἐκ κακονοίας· ἐγὼ γὰρ ὅστις εἰμὶ γινώσκω, καὶ ὑπὸ τίνος ἀπέσταλμαι, καὶ ὃν χρὴ προσ-
" κυνεῖν ἐπίσταμαι· Κύριον
" γὰρ τὸν Θεόν σου προσκυνή-
" σεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύ-
" σεις. Οἶδα τὸν ἕνα, ἐπίσταμαι τὸν μόνον, οὗ σὺ ἀποστάτης γέγονας. οὐκ εἰμὶ ἀντίθεος, ὁμολογῶ τὴν ὑπεροχὴν, ἐπίσταμαι τὸν τῆς ἐμῆς γεννήσεως αἴτιον, τὸν Πατέρα.

Ταῦτα, ἀδελφοί, ἀπὸ διαθέσεως τῆς πρὸς ὑμᾶς, ἠναγκάσθην ἐπιστεῖλαι, εἰς δόξαν

cadens adoraveris me.

Dominus autem longanimis, non in præsenti interfecit eum qui per ignorantiam & audaciam talia dicit: sed mansuetè respondet, dicens; *Vade* Mat.4.10.cum
Satana. Non dixit; *Re-* 16.23.
vertere post me (non enim est reversurus aliquando:) sed, *Vade*, inquit, *Satana*, in ea quæ tibi elegisti; vade in quibus provocatus es à tuâ malitiâ. Ego autem scio quis sum, & à quo sum missus; & scio quem debeo adorare. *Domi-* Mat.4.10.
num enim, inquit, *De-* Deut.6.13.
um tuum adorabis, & illi soli servies. Scio enim & novi unum solum, cui non denego servire: à quo tu apostata factus es. Non enim sum antitheus (hoc est, contrarius Deo) sed confiteor eminentiam: & non recuso adorare eum, quem novi nativitatis meæ auctorem & dominum, atq; meæ perseverantiæ custodem. *Ego* enim, inquit, *vivo propter Patrem.* Iohan.6.57.

Hæc autem, fratres, per dispositionem Dei coactus sum mittere ad vos: monens vos ad gloriam

malignissimus es? & pro malitiâ, *ventre & pectore in terrâ repere* jussus es, (Genes. 3. 14.) & per inanem gloriam inhonoratus es; qui per avaritiam & arrogantiam ad impietatem deductus es. Tu incensor, draco, apostata, serpens perplexus, à Deo discedens, à *Christo* separatus, à Sancto spiritu alienatus, & à choro Angelorum exulatus; injuriator legis Dei, & legitimorum inimicus; qui super Protoplastos insurrexisti, & à mandato Dei eos avertisti, qui nihil te læserunt; qui adversùs *Abel*, *Cain* parricidam excitâsti, qui in *Iob* mala exercuisti: tu ergò hujusmodi dicis Domino; *Si cadens adoraveris me?* O audacia! O puniende serve fugitive, serve flagellande, exterminator bonorum! Domino dominorum, perfecto Deo omnium intelligibilium atq; sensibilium dicis? *Si*

πονηρότερον ἐκ κακονοίας πνεῦμα; Διὰ γαστέρος ἐτλίθης, καὶ διὰ κενοδοξίας ἠτιμάσθης· διὰ φιλοχρηματίας καὶ φιλαρχίας εἰς ἀσέβειαν ἐφέλκῃ· σὺ ὁ Βελίαρ, ὁ δράκων, ὁ ἀποστάτης, ὁ σκολιὸς ὄφις, ὁ τοῦ Θεοῦ ἀποστάς, ὁ τοῦ Χριστοῦ χωρισθείς, ὁ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀλλοτριωθείς, ὁ τοῦ χοροῦ τῶν ἀγγέλων ἐξωσθείς, ὁ τῶν νόμων τοῦ Θεοῦ ὑβριστής, ὁ τῶν νομίμων ἐχθρός, ὁ τοῖς πρωτοπλάστοις ἐπαναστὰς καὶ τῆς ἐντολῆς ἐξώσας τοὺς οὐδὲν ἀδικήσαντάς σε, ὁ τῷ Ἄβελ ἐπαναστήσας τὸν ἀνδροφονικώτατον Κάϊν, ὁ τῷ Ἰὼβ ἐπιστρατεύσας, λέγεις τῷ Κυρίῳ, Ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι; Ὢ τῆς τόλμης, ὢ τῆς παραπληξίας. δοῦλος δραπέτης, δοῦλος μαστιγίας, ἀφηνιὰς τοῦ καλοῦ δεσπότου; δεσπότῃ τηλικούτῳ, θεῷ πάντων τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν λέγεις, Ἐὰν πε-

cadens

" σῶν προσκυνήσῃς μοι;

Ὁ δὲ Κύριος μακροθυμεῖ, καὶ οὐκ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναιρεῖ τὸν ἀπὸ ἀγνοίας τοιαῦτα θρασυνόμενον, ἀλλὰ πράως ἀπο-
" κρίνεται, Ὕπαγε Σατανᾶ. Οὐκ εἶπεν, ὕπαγε ὀπίσω μου (οὐ γὰρ ὑποστρέψαι οἷός τε) ἀλλ' ὕπαγε Σατανᾶ, ἐν οἷς ἐπελέξω. ὕπαγε ἐν οἷς ἠρεθίσθης ἐκ κακονοίας· ἐγὼ γὰρ ὅστις εἰμὶ γινώσκω, καὶ ὑπὸ τίνος ἀπέσταλμαι, καὶ ὃν χρὴ προσ-
" κυνεῖν ἐπίσταμαι· Κύριον
" γὰρ τὸν θεόν σου προσκυνή-
" σεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύ-
" σεις. Οἶδα τὸν ἕνα, ἐπίσταμαι τὸν μόνον, οὗ σὺ ἀποστάτης γέγονας. οὐκ εἰμὶ ἀντίθεος, ὁμολογῶ τὴν ὑπεροχήν, ἐπίσταμαι τὸν τῆς ἐμῆς γεννήσεως αἴτιον, τὸν Πατέρα.

Ταῦτα, ἀδελφοί, ἀπὸ διαθέσεως τῆς πρὸς ὑμᾶς, ἠναγκάσθην ἐπιστεῖλαι, εἰς δόξαν

cadens adoraveris me.

Dominus autem longanimis, non in præsenti interfecit eum qui per ignorantiam & audaciam talia dicit: sed mansuetè respondet, dicens; *Vade Satana.* Non dixit; *Revertere post me* (non enim est reversurus aliquando:) sed, *Vade*, inquit, *Satana*, in ea quæ tibi elegisti; vade in quibus provocatus es à tuâ malitiâ. Ego autem scio quis sum, & à quo sum missus; & scio quem debeo adorare. *Dominum* enim, inquit, *Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Scio enim & novi unum solum, cui non denego servire: à quo tu apostata factus es. Non enim sum antitheus (hoc est, contrarius Deo) sed confiteor eminentiam: & non recuso adorare eum, quem novi nativitatis meæ auctorem & dominum, atq; meæ perseverantiæ custodem. *Ego* enim, inquit, *vivo propter Patrem.*

Mat.4.10. cum 16.23.
Mat.4.10. Deut.6.13.
Iohan.6.57.

Hæc autem, fratres, per dispositionem Dei coactus sum mittere ad vos: monens vos ad gloriam

 Dei,

Dei, non quasi extraneus, sed sicut frater. Subjecti estote Episcopo & Presbyteris & Diaconis. Diligite invicem in Domino, sicut Dei simulachra. Videte ergò viri; diligite uxores vestras, sicut propria membra. Mulieres verò, sicut unitatis tactu vestros viros amate. Qui castus est vel continens, non extollatur; ne perdat mercedem suam. Dies festos nolite dehonorare. Quadragesimam verò nolite pro nihilo habere: imitationem enim continet Domini conversationis. Hebdomadam etiã passionis nolite despicere. Quartâ feriâ & sextâ jejunate: pauperibus reliquias porrigentes. Quicunq; Dominicam aut Sabbatum jejunaverit (præter unum Sabbatum Paschæ) ipse est *Christi* interfector.

Orationes vestræ protendantur ad Ecclesiam

Θεοῦ παραμείναν, οὐχ ὡς ὤν τι, ἀλλ' ὡς ἀδελφός. Ὑποτάσσεσθε τῷ ἐπισκόπῳ, τοῖς πρεσβυτέροις, τοῖς διακόνοις. ἀγαπᾶτε ἀλλήλους ἐν Κυρίῳ, ὡς Θεοῦ ἀγάλματα. ὁρᾶτε οἱ ἄνδρες, ὡς ἴδια μέλη τὰς γαμετὰς στέργετε· αἱ γυναῖκες, ὡς ἓν οὖσαι τῇ συναφείᾳ, στέργετε τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας. Εἴ τις ἁγνεύει ἢ ἐγκρατεύεται, μὴ ἐπαιρέσθω, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὸν μισθόν. Τὰς ἑορτὰς μὴ ἀτιμάζετε, τὴν τεσσαρακοστὴν μὴ ἐξουθενεῖτε· μίμησιν γὰρ περιέχει τῆς τοῦ Κυρίου πολιτείας. Μετὰ τὴν τοῦ πάθους ἑβδομάδα μὴ παρορᾶτε, τετράδα καὶ παρασκευὴν νηστεύοντες, πένησιν ἐπιχορηγοῦντες τὴν περισσείαν. Εἴ τις κυριακὴν ἢ σάββατον νηστεύει (πλὴν ἑνὸς σαββάτου τοῦ Πάσχα) οὗτος χριστοκτόνος ἐστίν.

Αἱ προσευχαὶ ὑμῶν ἐκταθείησαν εἰς τὴν Ἀντιοχεί-

Antiochia:

ας ἐκκλησίαι, ὅθεν καὶ δέσμιος ἀπάγομαι εἰς Ῥώμην. Ἀσπάζομαι τὸν ἅγιον ἐπίσκοπον Πολύκαρπον· ἀσπάζομαι τὸν ἅγιον ἐπίσκοπον Βιτάλιον, καὶ τὸ ἱερὸν πρεσβυτέριον, καὶ τοὺς συνδούλους μου τοὺς διακόνους, ὧν ἐγὼ ἀντίψυχος γενοίμην. Ἔτι συντάσσομαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ἐν Κυρίῳ· Εἴ τις μετὰ Ἰουδαίων ἐπιτελεῖ τὸ πάσχα, ἢ τὰ σύμβολα τῆς ἑορτῆς αὐτῶν δέχεται, κοινωνός ἐστι τῶν ἀποκτεινάντων τὸν Κύριον καὶ τοὺς ἀποστόλους αὐτοῦ.

Ἀσπάζονται ὑμᾶς Φίλων καὶ Ἀγαθόπους οἱ διάκονοι. Ἀσπάζομαι τὸ σύστημα τῶν παρθένων, τὸ τάγμα τῶν χηρῶν, ὧν καὶ ὀναίμην. Ἀσπάζομαι τὸν λαὸν Κυρίου, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. Ἀπέστειλα ὑμῖν ταῦτά μου τὰ γράμματα διὰ Εὐφανίου τοῦ ἀναγνώστου, ἀνδρὸς θεοτιμήτου καὶ πιστοτάτου, συντυχὼν περὶ Ῥη-

Antiochia: undè & vinctus ducor ad *Romam*. Saluto sanctum Episcopum *Polycarpum*. Saluto sanctum Episcopum *Vitalem*, & sacrosanctum Presbyterium, & conservos meos Diaconos: pro quorum animabus ego efficiar. Adhuc dico Episcopis & Presbyteris in Domino: Quicunq; cum *Iudæis* Pascha egerit, aut solennia dierum festorum eorum susceperit; communis est eis, qui Dominum & Apostolos ejus occiderunt.

Salutant vos *Philon* & *Agathopus* diaconi. Saluto congregationem virginum; legionem viduarum, à quibus & adjutus sum. Saluto populum Domini, à minimo usq; ad maximum. Transmisi vobis hæc mea scripta per *Euphanium* lectorem, virum Deo honorabilem & fidelissimum: qui mihi occurrit

in regionem jam navem aſcenſuro. Mementote vinculorum meorum; ut conſummer in *Chriſto*. Incolumes eſtote carne, & animâ, & ſpiritu; perfecta ſentientes, devitantes operarios iniquitatis & corruptores verbi veritatis, confortati in gratiâ Domini noſtri *Ieſu Chriſti*.

γειόνα, ἀναγομένου ἐν πλοίῳ. Μέμνησθέ μου τῶν δεσμῶν, ἵνα τελειωθῶ ἐν Χριστῷ. Ἔρρωσθε σαρκί, ψυχῇ, πνεύματι, τέλεια φρονοῦντες, ἀποστρεφόμενοι τοὺς ἐργάτας τῆς ἀνομίας, καὶ τοὺς λόγου τῆς ἀληθείας φθορεῖς, ἐνδυναμούμενοι ἐν τῇ χάριτι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

B. IGNATIO, AD S. IOHANNEM Apoſtolum & Evangeliſtam, *adſcripta Epiſtola.*

IOHANNI *Sancto Seniori, Ignatius & qui cum eo ſunt Fratres.*

DE tuâ morâ dolemus graviter, allocutionibus & conſolationibus tuis roborandi. Si tua abſentia protendatur; multos de noſtris deſtituet. Properes igitur venire: quia credimus expedire. Sunt & hîc multæ de noſtris mulieribus *Mariam Ieſu* videre cupientes, & quotidiè à nobis diſcurrere volentes; ut eam contingant, & ubera ejus tractent, quæ Dominum *Ieſum* aluerunt, & quædam ſecretiora ejus percunctentur. Ipſam enim & *Salome* quam diligis, filia *Anna*, *Hieroſolymis* quinq; menſibus apud eam commorans, & quidam alii noti referunt

ferunt eam omnium gratiarum abundam, & omnium virtutum, [more virginis, virtutis & gratiæ] fœcundam. Et, ut dicunt, in persecutionibus & afflictionibus est hilaris; in penuriis & indigentiis non querula. Injuriantibus grata, ad molesta lætatur: miseris & afflictis coafflicta condolet, & subvenire non pigrescit. Contra vitiorum [autem] pestiferos [conflictus] in pugnâ fidei disceptans enitescit.

[ ] Inclusa absunt à nostris MSS.

Nostræ novæ religionis, & pœnitentiæ est magistra; & apud fideles omnium operum pietatis ministra. Humilibus quidem est devota, & devotis devotiùs humiliatur: & mirùm ab omnibus magnificatur; cùm à Scribis & Pharisæis ei detrahatur. Præthereà multi multa referunt de eâdem: tamen omnibus per omnia non audemus fidem concedere, nec tibi referre. Sed, sicut nobis à fide dignis narratur, in *Mariâ matre Iesu* humanæ naturæ, natura sanctitatis angelicæ sociatur. Et hæc talia excitaverunt viscera nostra: & cogunt valdè desiderare aspectum hujus (si fas sit fari) cœlestis prodigii, & sacratissimi monstri. Tu autem diligenti modo disponas, cum desiderio nostro; & Valeas. AMEN.

AD EUNDEM, ALTERA.

IOHANNI *Sancto* Seniori, *suus*
IGNATIUS.



SI licitum est mihi apud te, ad *Hierosolymæ* partes volo ascendere, & videre fideles Sanctos qui ibi sunt: præcipuè *Mariam* matrem *Iesu*: quam dicunt universis admirandam, & cunctis desiderabilem. Quem enim non delectet videre eam & alloqui, quæ verum Deum de se peperit, si nostræ sit fidei

dei & religionis amicus? Similiter & illum venerabilem *Iacobum*, qui cognominatur *Iustus*: quem referunt *Christo Iesu* simillimum facie, vitâ & modo conversationis, ac si ejusdem uteri frater esset gemellus. Quem dicunt si videro, video & ipsum *Iesum* secundùm omnia corporis ejus lineamenta. Præterea cæteros sanctos, & sanctas. Heu, quid moror? quid detineor? Bone præceptor, properare me jubeas, & Valeas. AMEN.

B. IGNATIO AD S. MARIAM VIRGINEM, Matrem Domini nostri *Iesu Christi, adscripta Epistola.*

Christiferæ MARIÆ, *suus* IGNATIUS.



ME neophytum, *Iohannisq;* tui discipulum confortare & consolari debueras. De *Iesu* enim tuo percepi mira dictu, & stupefactus sum ex auditu. A te autem, quæ semper ei fuisti familiaris & conjuncta, & secretorum ejus conscia, desidero ex animo fieri certior de auditis. Scripsi tibi etiam aliàs, & rogavi de eisdem. Valeas: & neophyti qui mecum sunt, ex te, & per te, & in te confortentur. AMEN.

BEATIS-

BEATISSIMÆ VIRGINI,
ad hanc Epistolam, attributa Responsio.

IGNATIO *dilecto condiscipulo, humilis ancilla* CHRISTI IESU.

DE *Iesu* quæ à *Iohanne* audîsti & didicisti, vera sunt. Illa credas, illis inhæreas: & Christianitatis votum firmiter teneas, & mores & vitam voto conformes. Veniam autem, unâ cum *Iohanne*, te, & qui tecum sunt, visere. *Sta in fide, & viriliter age:* nec te commoveat persecutionis austeritas; 1. Cor. 16. 14.
sed valeat & *exultet spiritus tuus in Deo salutari tuo.* Luc. 1. 47.
AMEN.

IGNATII ELOGIUM,
ipsius in sede ANTIOCHENA *successori*, HERONI *attributum.*

SACERDOS, & assertor sapientissimi Dei, Ignati, immaculatâ stolâ indute; perenni fonte saturate; cum Angelis laudem canens; primogeniti certè amice, à peccatis liberate; à Diabolo separate; agonista constitutus in stadio veritatis: adquisîsti pretiosam salutem. Confudisti *Trajanum*, & Senatum *Romæ* prudentiam nunc non habentem. Domesticus factus es Christo, in dilectione, & fide, & vitâ. Memor esto mei, filii

tui *Heronis :* ut & ego de hâc vitâ exiens ſanctè, ſanctis connumerer; & dignum nomen merear adipiſci, & de injuſtâ ſtatione atq; à Deo alienâ extraneus inveniar.
4.Reg.13.14. Térq; quatérq; beate, qui ad talia pervenisti, Pater *Ignati:* *currus Iſräel & auriga ejus.* Evaſiſti mortem * fugiendo, & de terris ad cæleſtia evolâſti. Coronam Deificam & magnam meruiſti: & in amabili Dei agone viciſti. Memento ejus quem nutrîſti, beate Martyr : & præſta mihi colloquium, ſicuti priùs faciebas.

* cupiendo.

FINIS.



EPISTOLARUM IGNATII VETUS LATINA VERSIO;

ex duobus Manuſcriptis, in ANGLIA *repertis, nunc primùm in lucem edita.*

UBI,

Vt in Græcâ editione præcedente minio ſignata cernuntur quæ ab hâc verſione aberant, ita hîc ſignis [ ] incluſa ſunt quæ in Græcis noſtris non leguntur: numeris etiam ad marginem appoſitis, quibus Græci contextûs paginæ, huic interpretationi reſpondentes, indicantur.



OXONIÆ,
Excudebat LEONARDUS LICHFIELD
Anno Dom. 1642.



IGNATII EPISTOLA AD EPHESIOS.

IGNATIUS, *qui & Theophorus, benedictæ in mag-* 25.
nitudine Dei Patris *& plenitudine, prædestinatæ ante*
secula esse semper in gloriam permanentem, invertibi-
lem, unitam, & electam in passione verâ, in voluntate
Patris *&* Iesu Christi *Dei nostri; Ecclesiæ dignè bea-*
tæ existenti in Epheso Asiæ, *plurimùm in* Iesu Chri-
sto *& in immaculatâ gratiâ gaudere.*



ACceptans in Deo multùm dilectum
tuum nomen, quod possedistis na-
turâ justâ, secundùm fidem & chari-
tatem in *Christo Iesu* salvatore no- 26.
stro, [glorificato *Iesum Christum*
Deum:] quia imitatores existen-
tes Dei, & reaccendentes in sangui-
ne *Christi* [Dei,] cognatum opus
integrè perfecistis. Audientes enim ligatum à *Syriâ* pro
communi [nomine &] spe, sperantem oratione vestrâ
potiri, in *Româ* cum bestiis pugnare, [videre festinâstis.]
Plurimam enim multitudinem vestram in nomine Dei
suscepi in *Onesimo*, qui in charitate inenarrabilis est, ve-
stre autem [in carne] Episcopus: quem oro secundùm
Iesum Christum vos diligere, & omnes vos ipsi in simi-

litudine esse. Benedictus enim qui tribuit vobis dignis existentibus talem Episcopum possidere.

De conservo autem meo *Borro*, secundùm Deum dia-
27 cono nostro in omnibus benedicto: oro permanere ipsum in honorem vestri & Episcopi. Sed & *Crocus* Deo dignus & vobis, quem exemplarium ejus quæ à vobis charitatis suscepi, secundùm omnia me quiescere fecit; ut & ipsum pater *Iesu Christi* refrigeret: cum *Onesimo*, & *Borro*, & *Euplo*, & *Frontone*; per quos vos omnes secundùm charitatem vidi. Fruar vobis semper: siquidem dignus existam. Decens igitur est secundùm omnem modum glorificare *Iesum Christum*, qui glorificavit vos: ut in unâ subjectione perfecti, subjecti Episcopo & Presbyterio, secundùm omnia sitis, sanctificati.

Non dispono vobis, ut existens aliquis. Si enim & ligor in nomine [*Christi*;] nequaquàm perfectus sum
28 in *Iesu Christo*. Nunc autem principium habeo addiscendi; & alloquor vos, ut doctores mei. Me enim oportuit à vobis suscipi, fide, admonitione, sustinentiâ, longanimitate. Sed quia charitas non sinit me silere pro vobis; propter hoc præoccupavi rogare vos, ut concurratis sententiæ Dei. Etenim *Iesus Christus*, [incomparabile nostrum vivere Patris sententiâ, ut & ipsi secundùm terræ fines determinati *Iesu Christi* sententiâ sunt.]

Vnde decet vos concurrere Episcopi sententiæ: quod & facitis. Dignè nominabile enim [vestrum] Presbyterium, Deo dignum, sic concordatum est Episcopo, ut chordæ citharæ. Propter hoc in consensu vestro &
29 consonâ charitate *Iesus Christus* canitur. Sed & singuli chorus facti estis: ut consoni existentes in consensu, melos Dei accipientes in unitate, cantetis in voce unâ per *Iesum Christum* Patri; [ut & vos audiat, & cognoscat per quem bonum operamini,] membra existentes filii ipsius. Vtile igitur est vos in immaculatâ unitate esse; ut & Deo semper participetis.

Si

Si enim ego in parvo tempore talem consuetudinem
tenui ad Episcopum vestrum, non humanam existentem
sed spiritualem: quanto magis vos beatifico, conjunctos
sic ut Ecclesia *Iesu Christo*, & ut *Iesus Christus* Patri; ut
omnia in unitate consonæ sint? Nullus erret. Si quis
non sit intra altare, privatur pane Dei. Si enim unius &
alterius oratio tantam vim habet: quanto magis illa quæ 30
Episcopi & omnis Ecclesiæ? [Qui igitur nō venit in idem
sic, jam superbit & seipsum condemnavit.] Scriptum
" est enim: *Superbis Deus resistit*. Festinemus igitur non Iacob.4.6.
resistere Episcopo; [ut simus Deo subjecti] 1.Pet.5.5.

Et quantum videt quis tacentem Episcopum, plus ip- 31
sum timeat. Omnem enim quem mittit Dominus do-
mûs in propriam dispensationem, sic oportet nos ipsum
recipere, ut ipsum mittentem. Episcopum igitur mani-
festum quoniam ut ipsum Dominum oportet respicere.
Ipse igitur quidem *Onesimus* superlaudat vestram divi-
nam ordinationem: quoniam omnes secundùm verita-
tem vivitis, & quoniam in vobis neq; una hæresis habi-
tat; sed neq; auditis aliquem ampliùs quàm *Iesum Chri-
stum* loquentem in veritate.

Consueverunt enim quidam dolo malo nomen cir- 32
cumferre, sed quædam operantes indigna Deo: quos o-
portet vos ut bestias declinare. Sunt enim canes rabidi,
latenter mordentes: quos oportet vos observare, exi-
stentes difficilè curabiles. Vnus medicus est, carnalis & 33
spiritualis, genitus & ingenitus, in carne factus Deus, in
immortali vita vera, & ex *Mariâ* & ex Deo, primò
passibilis & tunc impassibilis, Dominus *Christus* no-
ster.

Non igitur quis vos seducat; quemadmodum neq; se-
ducemini, toti existentes Dei. Quum enim neq; una lis
complexa est in vobis, potens vos torquere; tunc secun-
dùm Deum vivitis. Peripsima vestri & castificetur à ve-
strâ *Ephesiorum* Ecclesiâ, formosâ in seculis. Carnales
spiritu-

ſpiritualia operari non poſſunt, neq; ſpirituales carnalia:
34 quemadmodum neq; fides quæ infidelitatis, neq; infidelitas quæ fidelitatis & fidei. Quæ autem & ſecundùm
carnem operata ſunt, [hæc ſpiritualia ſunt: in *Ieſu* enim *Chriſto* omnia operata ſunt.]

[ ] *Incluſa abſunt à Manuſcriptorum altero.*

Cognovi autem tranſeuntes quoſdam inde, habentes malam doctrinam. Quos non dimiſiſtis ſeminare in vos: obſtruentes aures, ad non recipere ſeminata ab ipſis;
35 ut exiſtentes lapides templi Patris, parati in ædificatione Dei Patris, relati in excelſa per machinam *Ieſu Chriſti*, quæ eſt crux, fune utentes Spiritu ſancto. Fides autem
36 veſtra dux veſter, charitas verò via referens in Deum. Eſtis igitur conviatores, deiferi & templiferi & [Chriſtiferi,] ſanctiferi ſecundùm omnia ornati in mandatis *Ieſu Chriſti*. quibus & exultans dignificatus ſum per quæ ſcribo alloqui vobis, & congaudere, quoniam ſecundùm aliam vitam nihil diligitis niſi ſolum Deum.

Sed & pro aliis hominibus indeſinenter Deum oratis.
37 Eſt enim in ipſis ſpes pœnitentiæ, ut Deo potiantur. Monete igitur ipſos, [ſaltem ex operibus] à vobis erudiri. Ad iras ipſorum vos manſueti, ad magniloquia eorum vos humilia ſapientes: ad blaſphemias ipſorum vos orationes, ad errorem ipſorum vos firmi fide, ad agreſte ipſo-
38 rum vos manſueti. [Non feſtinantes imitari ipſos; fratres ipſorum inveniamur in manſuetudine: imitatores autem Dei ſtudeamus eſſe.] quis plus injuſtum patiatur, quis fraudetur, quis contemnatur. ut non Diaboli herba quis inveniatur in vobis: ſed in omni caſtitate & temperantiâ maneatis, in *Ieſu Chriſto*, [carnaliter & ſpiritualiter.]

Extrema tempora de cetero. Verecundemur & timeamus longanimitatem Dei; [ut non nobis in judicium
39 fiat.] Vel enim futuram iram timeamus, vel præſentem gratiam diligamus. Vnum duorum ſolùm in *Chriſto Ieſu* invenitur, in verum vivere. Sine ipſo nihil vos decear:

at: in quo vincula circumfero, spirituales margaritas; in quibus fiat mihi resurgere, oratione vestrâ. quâ fiat mihi semper participem esse: ut in sorte *Ephesiorum* inveniar Christianorum; qui & Apostolis semper consenserunt, in virtute *Iesu Christi*.

Novi quis sum, & quibus scribo. Ego condemnatus, 40
vos propitiationem habentes; ego sub periculo, vos firmati. Transitus estis eorum qui in Deum interficiuntur: *Pauli* condiscipuli (sanctificati, martyrizati, dignè beati) cujus fiat mihi sub vestigiis inveniri, quando Deo fruar; qui in omni Epistolâ memoriam facit vestri in *Iesu Christo*.

Festinate igitur crebriùs convenire in gratiarum actionem Dei, & in gloriam. Quum enim crebrò in idipsum convenitis, destruuntur potentiæ *Sathanæ*; & solvitur proditio ipsius in concordiâ vestræ fidei. Nihil est melius pace; in quâ omne bellum evacuatur cœlestium & 41
terrestrium.

Quorum nullum latet vos: si perfectè in *Iesum Christum* habeatis fidem & charitatem; quæ sunt principium vitæ & finis. Principium quidem fides; finis autem charitas. Hæc autem duo, in unitate facta, Deus est: alia autem omnia in bonitate sequenda sunt. Nullus fidem repromittens peccat, neq; charitatem possidens odit.
Manifesta est arbor à fructu ipsius: sic repromittentes 42
Christiani esse per quæ operantur manifesti erunt. Non enim nunc repromissionis opus, sed in virtute fidei, si quis inveniatur in finem.

Melius est silere & esse; quàm loquentem non esse. Bonum docere; si dicens facit. Vnus igitur Doctor, qui dixit & factum est: [sed & quæ silens fecit digna Patre sunt. Qui verbum *Iesu* possidet, verè potest & silentium ipsius audire, ut perfectus sit: ut per quæ loquitur operetur, & per quæ silet cognoscatur.] Nihil latet Domi-

num: ſed & abſcondita noſtra propè ipſum ſunt. Omnia igitur faciamus, ſic ipſo in nobis habitante: ut ſimus ipſius templa, & ipſe in nobis Deus [noſter: quomodo & eſt, & apparebit ante faciem noſtram; ex quibus juſtè diligimus ipſum.]

Non erretis, fratres mei. Domûs corruptores reg-
43 num Dei non hæreditabunt. Si igitur qui ſecundùm carnem hæc operantur mortui ſunt: quantò magis, ſi quis fidem Dei in malâ doctrinâ corrumpat, pro quâ *Ieſus Chriſtus* crucifixus eſt? Talis, inquinatus factus, in ignem inextinguibilem ibit: ſimiliter & qui audit ipſum.

44 Propter hoc, unguentum in capite ſuo recepit Dominus; ut ſpiret Eccleſiæ incorruptionem. Non ungamini fœtore doctrinæ principis ſeculi hujus: non captivet vos ex præſenti * unire. Propter quod autem non [omnes] prudentes ſumus; accipientes *Dei* cognitionem, qui eſt *Ieſus Chriſtus*? Quid fatuè perdimur; ignorantes chariſma, quod verè miſit Dominus?

* unione:

Peripſima meus ſpiritus Crucis; quæ eſt ſcandalum non credentibus, nobis autem ſalus & vita æterna. *Vbi ſapiens, ubi conquiſitor, ubi gloriatio dictorum ſapientum?*
45 Deus enim noſter *Ieſus Chriſtus* conceptus eſt ex *Mariâ*, ſecundùm diſpenſationem Dei, ex ſemine quidem *David*, Spiritu autem ſancto. Qui natus eſt; & baptizatus eſt, ut paſſione aquam purificaret.

Et latuit principem ſeculi hujus virginitas *Mariæ*, & partus ipſius; ſimiliter & mors Domini. Tria myſteria clamoris; quæ in ſilentio [Dei] operata ſunt. [Qualiter igitur manifeſtatus eſt ſeculis?] Aſtrum in cœlo reſplenduit ſuper omnia aſtra, & lumen ipſius ineffabile erat: & ſtuporem tribuit novitas ipſius. Reliqua verò omnia aſtra, ſimul cum Sole & Lunâ, chorus facta ſunt illi aſtro: ipſum autem erat ſuperferens lumen ipſi-

us

us super omnia. Turbatio autem erat, unde novitas,
quæ dissimilis ipsis. ex quâ solvebatur omnis magica,
& omne vinculum disparuit malitiæ, ignorantia omnis 46
ablata est, vetus regnum corruptum est; Deo humanitùs
apparente, in novitatem vitæ æternæ. Principium autem assumpsit, quod apud Deum perfectum. Inde omnia commota erant, propter meditari mortis dissolutionem.

[Si me dignificet *Iesus Christus* in oratione vestrâ, & voluntas sit, in secundo libello quem scripturus sum vobis, manifestabo vobis quam inceperam dispensationem in novum hominem] *Iesum Christum*, in ipsius fide & in ipsius dilectione, in passione ipsius & resurrectione: [maxime, si Dominus revelet mihi.] Quoniam qui [secundùm virum] communiter omnes in gratiâ ex nomine convenitis in unâ fide, & in *Iesu Christo* (secundùm carnem ex genere *David*, filio hominis & filio Dei) in obedire vos Episcopo & Presbyterio indiscerptâ mente: unum panem frangentes; quod est pharmacum immortalitatis, antidotum ejus quod est non mori sed vivere in *Iesu Christo* semper. 47

Vnanimis vobiscum ego, & * quos misistis in Dei ho- *al. quem
norem in *Smyrnam*: unde & scribo vobis, gratias agens Domino, diligens *Polycarpum*, ut & vos. Mementote mei, ut vestri *Iesus Christus*. Orate pro Ecclesiâ quæ in *Syriâ*: unde ligatus in *Romam* abducor, extremus existens eorum qui ibi fidelium; quemadmodum dignificatus sum in honorem Dei inveniri. Valete in Deo Patre, & in *Iesu Christo* communi spe nostrâ. AMEN.

48 # EJUSDEM EPISTOLA
AD MAGNESIOS.

IGNATIUS, *qui & Theophorus, benedictæ in gratiâ Dei* Patris *in Christo* Iesu *salvatore nostro; in quo saluto Ecclesiam existentem in* Magnesiâ *eâ quæ juxta* Mœandrum, *& oro in Deo Patre &* Iesu Christo *plurimùm gaudere.*

COgnoscens vestram multibonam ordinationem ejus quæ secundùm Deum charitatis; exultans præelegi in fide *Iesu Christi* alloqui vos. Dignificatus enim nomine deo-decentissimo in quibus circumfero vinculis, canto Ecclesias, in quibus unionem oro carnis & spiritûs *Iesu Christi*; ad nos semper vivere fidei (quod & charitatis, cui nihil præfertur) principaliùs autem *Iesu*
49 & Patris, in quo sustinentes omne nocumentum principis seculi hujus & perfugientes Deo potimur.

Quia igitur dignificatus sum videre vos per *Dama* dignum Deo vestrum Episcopum, & Presbyteros dignos *Bassum* & *Apollonium*, & conservum meum Diaconum *Zononem*, quo ego fruar; quoniam subjectus est Episcopo [ut] gratiæ Dei, [& Presbyterio ut] legi *Iesu Christi.* [glorificato Deum patrem Domini *Iesu Christi.*]

Sed & vos decet non concuti ætate Episcopi, sed secundùm virtutem Dei Patris omnem reverentiam ei tribuere (sicut agnovi & sanctos Presbyteros) non assumentes apparentem juniorem ordinem, sed ut prudentes in Deo concedentes ipsi; [non ipsi autem, sed Patri *Iesu Christi*

Christi omnium Episcopo. In honorem igitur illius volentis,] nos decens est obedire, secundùm nullam hy- 51
pocrisim: quia nequaquàm [Episcopum] hunc conspectum seducit quis, sed invisibilem paralogizat. Tale autem non ad carnem sermo, sed ad Deum [abscondita scientem.]

Decens igitur est, non solùm vocari Christianos, sed 52
& esse: quemadmodum quidam Episcopum quidem
vocant, sine ipso autem omnia operantur. Tales autem 53
non bonæ conscientiæ mihi esse videntur, propter non firmitèr secundùm præceptum congregari.

Quia igitur finem res habent, & proponuntur [duo simul,] mors & vita; & unusquisq; in proprium locum iturus est. Quemadmodum enim sunt numismata duo, hoc quidem Dei, hoc autem Mundi : & unumquodq; ipsorum proprium characterem superpositum
habet, infideles Mundi hujus, fideles [autem in chari- 54
tate] characterem Dei Patris per *Iesum Christum*; per quem nisi voluntariè habeamus mori in ipsius passionem, vivere ipsius non est in nobis.

Quia igitur in præscriptis personis omnem multitudinem speculatus sum, in fide & dilectione, moneo, in concordiâ Dei studete omnia operari: præsidente Episcopo in loco Dei, & Presbyteris in loco confessionis Apostolorum, & Diaconis mihi dulcissimis habentibus creditam ministrationem *Iesu Christi*; qui ante secula a-
pud Patrem erat, & in fine apparuit. Omnes igitur 55
eandem consuetudinem Dei accipientes, veneremur adinvicem; & nullus secundùm carnem aspiciat proximum, sed in *Iesu Christo* [adinvicem semper diligite.] Nihil sit in vobis quod possit vos partiri; sed uniamini Episcopo [& præsidentibus, in typum & doctrinam incorruptionis.]

Quemadmodum igitur Dominus sine Patre nihil fe-

cit, [unitus existens, neq; per seipsum neq; per Apostolos:] sic neq; vos sine Episcopo & Presbyteris aliquid operemini. Neq; tentetis rationabile aliquid apparere propriè vobis; sed in idipsum una oratio, una deprecatio, unus intellectus, una spes, in charitate, in gaudio incoinquinato; quod est *Christus Iesus*, quo melius nihil est. Omnes ut in unum templum concurrite Dei, ut in unum altare; in unum *Iesum Christum*, [ab uno Patre exeuntem, & in unum existentem & revertentem.]

56 Non erretis extraneis opinionibus, neq; fabulis veteribus, [inutilibus existentibus.] Si enim usq; nunc secundùm *Iudaismum* vivimus: confitemur gratiam non recepisse. Divinissimi enim Prophetæ secundùm *Christum Iesum* vixerunt. Propter hoc & persecutionem passi sunt, inspirati à gratiâ [ipsius,] ad certificare impersuasos, quoniam unus Deus est, qui manifestavit seipsum per *Iesum Christum* filium ipsius: qui est ipsius Verbum æternum, non à silentio progrediens; qui secundùm omnia beneplacuit mittenti ipsum.

Si igitur in veteribus rebus conversati, in novitatem
57.58 spei venerunt: non ampliùs sabbatizantes, sed secundùm Dominicam viventes, in quâ & vita nostra orta est per ipsum & mortem ipsius, quod quidam negant; per
* *al.* quem * quod mysterium accepimus credere, & propter hoc sustinemus, ut inveniamur discipuli *Iesu Christi* solius
57 Doctoris nostri. quomodo nos poterimus vivere sine ipso? cujus & Prophetæ discipuli existentes, spiritu ipsum ut Doctorem expectabant; & propter hoc quòd
Matth. 27. 52. justè expectabant, præsens suscitavit ipsos ex mortuis.

58 Non igitur non sentiamus benignitatem ipsius. Si enim nos persequatur secundùm quod operamur; non ampliùs sumus. Propter hoc, discipuli ejus effecti,
59 discamus secundùm Christianismum vivere. Qui enim

alio

alio nomine vocatur ampliùs ab hoc, non est Dei. Deponite igitur malum fermentum inveteratum & exacuens; & transponite in novum fermentum, qui est *Iesus Christus*. Salvificemini in ipso: ut non corrumpatur aliquis in vobis, qui ab odore redarguemini. Inconveniens est *Iesum Christum* perfari, & Iudaizare. Christianismus enim non in Iudaismum credidit, sed Iudaismus in Christianismum : ut omnis lingua credens in Deum congregaretur.

Hæc autem, dilecti mei, non [quia] cognovi ali- 60
quos ex vobis sic habentes; sed, ut minor vobis, volo præservari vos, ut non incidatis in hamos vanæ gloriæ: sed certificemini in nativitate & passione & resurrectione, factâ in tempore ducatûs *Pontii Pilati* ; quæ facta
sunt verè & firmiter à *Iesu Christo* spe nostrâ, à quâ aver- 61
ti nulli vestrûm fiat.

Fruar vobis secundùm omnia: siquidem dignus sim. Etsi enim ligatus sum; ad unum solutorum de vobis non sum. Novi quoniam non inflamini: *Iesum* enim [*Christum*] habetis in vobismetipsis. Et magis quando utiq; laudo vos, novi quoniam verecundamini : sicut scriptum est; quoniam *justus suiipsius accusator*.

Studete igitur firmari in dogmatibus Domini & Apo- 62
stolorum: & omnia quæcunq; facitis prosperentur, carne & spiritu, fide & charitate, [in Filio & Patre & Spiritu sancto, in principio & in fine;] cum dignè decentissimo Episcopo vestro, & dignè complexâ spirituali coronâ Presbyterii vestri, & eorum qui secundùm Deum Diaconorum. Subjicimini Episcopo & adinvicem, ut *Christus* Patri [secundùm carnem, & Apostoli *Christo* & Patri & Spiritui:] ut unio sit carnalis & spiritua-
lis. Sciens quoniam Deo pleni estis, compendiosè de- 63
precatus sum vos. Mementote mei in orationibus vestris, ut Deo fruar; & ejus quæ in *Syriâ* Ecclesiæ, unde

non

non dignus ſum vocari. Superindigeo enim unitâ veſtrâ in Deo oratione & charitate; in dignificari eam quæ in *Syriâ* Eccleſiam per Eccleſiam veſtram irrorari.

Salutant vos *Epheſii* à *Smyrnâ* (unde & ſcribo vobis) præſentes in gloriam Dei, quemadmodum vos: qui ſecundùm omnia me quieſcere fecerunt, ſimul cum *Polycarpo* [Epiſcopo *Smyrnæorum*.] Sed & reliquæ Eccleſiæ in honore *Ieſu Chriſti* ſalutant vos. Valete in concordiâ [Dei;] poſſidentes inſeparabilem ſpiritum, qui eſt *Ieſus Chriſtus*.

---

64 EJUSDEM EPISTOLA
AD TRALLESIOS.

IGNATIUS, *qui & Theophorus, dilectæ Deo Patri* Ieſu Chriſti *Eccleſiæ ſanctæ, exiſtenti in* Tralleſiis [Aſiæ,] *electæ & Deo dignæ, pacem habenti in carne & ſanguine & paßione* Ieſu Chriſti, ſpei noſtræ, *in eâ quæ in ipſum reſurrectione: quam & ſaluto in plenitudine, in Apoſtolico charactere, & oro plurimùm gaudere.*



Ncoinquinatam mentem & inſeparabilẽ in ſuſtinentiâ cognovi vos habentes, non ſecundùm uſum ſed ſecundùm naturam: quemadmodum oſtendit mihi *Polybius* Epiſcopus veſter, qui advenit (voluntate Dei & *Ieſu Chriſti*) in *Smyrnâ*; & ſic mihi
65 congaviſus eſt vincto in *Chriſto Ieſu*, ut ego omnem multitudinem veſtram in ipſo ſpecularer. Recipiens igitur eam quæ ſecundùm Deum æquani-

quanimitatem per ipsum, gloriatus sum inveniens vos ut cognovi imitatores Dei.

Quum enim Episcopo subjecti estis ut *Iesu Christo*, videmini mihi non secundùm homines viventes, sed secundùm *Iesum Christum*; propter vos mortuum, ut credentes in mortem ipsius, mori effugiatis. Necessarium igitur est, quemadmodum facitis, sine Episcopo nihil operari vos: sed subjici & Presbyterio ut Apostolis *Iesu Christi spei nostræ*; in quo conversantes inveniamur. Oportet autem & Diaconos, ministros existentes mysteriorum *Iesu Christi*, secundùm omnem modum omnibus 66
placere. Non enim ciborum & potuum sunt ministri; sed Ecclesiæ Dei ministri. Oportunum igitur vos observare accusationes, ut ignem.

Similiter & omnes revereantur Diaconos, ut mandatum *Iesu Christi*; & Episcopum, ut *Iesum Christum*, [existentem filium Patris:] Presbyteros autem, ut concilium Dei & conjunctionem Apostolorum. Sine his Ecclesia non vocatur. De quibus suadeo vos sic habere. Exemplarium enim charitatis vestræ accepi & habeo cum meipso in Episcopo vestro; cujus ipsa compositio magna est disciplinatio, mansuetudo autem ipsius potentia: quem existimo & impios revereri. Diligentes quòd non parco ipsum aliqualem, [potens scribere pro illo;] in hoc existimer, ut existens condemnatus, velùt Apo- 67
stolus vobis præcipiam.

Multa sapio in Deo: sed meipsum mensuro, ut non in gloriatione perdar. Nunc enim me oportet plùs timere, & non attendere inflantibus me. Dicentes enim mihi, flagellant me. [Diligo quidem enim pati:] sed non novi si dignus sum. Zelus enim multis quidem non apparet, me autem plùs oppugnat. Indigeo igitur mansuetudine, in quâ dissolvitur princeps seculi hujus.

Nonne possum vobis supercœlestia scribere? Sed timeo

meo ne parvulis exiſtentibus vobis damnum apponam. Et condonate mihi : ne fortè, non potentes capere, ſtrangulemini. Etenim ego, non ſecundùm quodcunq; ligatus ſum, ſed potens ſcire cœleſtia, & loci poſitiones Angelicas, & conſtitutiones, principationes, [viſibiliaq; &
68 inviſibilia:] præter hoc, jam & diſcipulus ſum. Multa enim vobis deficiunt, ut Deo non deficiamus.

Deprecor igitur vos (non ego, ſed charitas *Ieſu Chriſti*) ſolo Chriſtiano alimento utamini; ab alienâ autem herbâ recedite, quæ eſt hæreſis, quæ & inquinatis implicat *Ieſum Chriſtum* : quemadmodum mortiferum pharma-
69 cum dantes cum vino mellito; quod qui ignorat, delectabilitèr accipit & in delectatione malâ mori.

70 Obſervemini igitur à talibus. Hoc autem erit à vobis non inflatis, & exiſtentibus inſeperabilibus à Deo *Ieſu Chriſto*, & Epiſcopo, & ordinibus Apoſtolorum. Qui intra altare eſt, mundus eſt : qui verò extra altare eſt, [non mundus eſt.] hoc eſt; Qui ſine Epiſcopo & Presbytero & Diacono operatur aliquid, iſte non mun-
71 dus eſt in conſcientiâ.

Non quia cognovi tale quid in vobis: ſed præſervo
72 vos, exiſtentes meos dilectos; prævidens inſidias Diaboli. Vos igitur manſuetam patientiam reſumentes, [recreate voſmetipſos in fide quod eſt caro Domini, & in charitate quod eſt ſanguis *Ieſu Chriſti*.] Nullus veſtrûm adverſus proximum aliquid habeat. Non occaſiones detis gentibus: ut non propter paucos inſipientes
73 ea quæ in Deo multitudo blaſphemetur. *Væ enim, per* “
quem [*in vanitate*] *nomen meum in aliquibus blaſphe-* “
matur. “

Obſurdeſcite igitur, quando vobis ſine *Ieſu Chriſto* loquitur quis: qui ex genere *David*, qui ex *Mariâ* ; qui verè natus eſt, comedit & bibit; [verè perſecutionem paſſus eſt,] ſub *Pontio Pilato*, verè crucifixus & mortuus eſt,

est, aspicientibus cœlestibus & terrestribus & infernalibus. qui & verè resurrexit à mortuis, resuscitante ip- 74
sum Patre ipsius: qui & secundùm similitudinem nos 77
credentes ipsi sic resuscitabit Pater ipsius, in *Christo Iesu*; sine quo verum vivere non habemus.

Si autem, quemadmodum quidam sine Deo existen- 75
tes (hoc est, infideles) dicunt, secundùm videri passum esse ipsum; [ipsi existentes secundùm videri] ego quid vinctus sum? quid autem & oro cum bestiis pugnare? Gratis igitur morior: ergo [* non] reprehendor mendacii à Domino. * superfluum.

Fugite ergo malas propagines, generantes fructum 77. 78
mortiferum; quem si gustet quis, statim moritur. Isti [enim] non sunt plantatio Patris. Si enim essent; apparerent utiquè rami Crucis, [& esset utiquè fructus illorum incorruptibilis:] per quem, in passione ipsius, advo- 79
cat vos existentes membra ipsius. [Non potest igitur caput nasci sine membris: Deo unionem repromittente, quod est ipse.]

Saluto vos à Smyrnâ, cum compræsentibus mihi Ecclesiis Dei; qui secundùm omnia me quiescere fecerunt carne & spiritu. Deprecantur vos vincula mea, quæ pro *Iesu Christo* fero, petens Deo frui; permanere in concordiâ vestrâ & eâ quæ cum adinvicem oratione. Decet enim vos singulos, præcipuè & Presbyteros, refrigerare Episcopum, in honorem Patris, *Iesu Christi*, & Apostolorum. Oro vos in charitate audire me; ut non in testimonium sim in vobis scribens. Sed & pro me orate, eâ quæ à vobis charitate indigente in misericordiâ Dei, ad dignificari me hæreditate quâ conor potiri, ut non reprobus inveniar.

Salutat vos charitas *Smyrnæorum* & *Ephesiorum*. Me- 80
mentote [in orationibus vestris] ejus quę in *Syriâ* Ecclesiæ; unde non dignus sum dici, existens extremus illo-

 rum.

rum. Valete in *Iesu Christo*; subjecti Episcopo, [ut Dei mandato,] similiter & Presbyterio. Et singuli adinvicem diligite in impartibili corde. Castificate vestrum meum spiritum, non solùm nunc, sed & quando utiquè Deo fruar. Adhuc enim sub periculo sum: sed fidelis Pater, in *Iesu Christo*, implere petitionem meam & vestram; in quo inveniamini incoinquinati.

---

81 EJUSDEM EPISTOLA
AD ROMANOS.

IGNATIUS, *qui & Theophorus, habenti propitiationem in magnitudine Patris altissimi &* Iesu Christi *solius filii ipsius, Ecclesiæ dilectæ & illuminatæ in voluntate volentis omnia quæ sunt secundùm dilectionem* Iesu Christi *Dei nostri (quæ & præsidet in loco chorî* Romanorum, *digna Deo, digna decentiâ, digna beatitudine, digna laude, dignè ordinata, dignè casta, & præsidens in charitate,* Christi *habens legem, Patris nomen; quam & saluto in nomine* Iesu Christi *filii Patris) secundùm carnem & spiritum unitis in omni mandato ipsius, impletis*
82 *gratiâ Dei indivisim, & abstractis ab omni alieno colore; plurimùm in Domino* Iesu Christo *Deo nostro immaculatè gaudere.*



DEprecans Deum, attigi videre vestras dignas visione facies; ut & ampliùs petebam accipere. Ligatus enim in *Christo Iesu*, spero vos salutare; siquidem voluntas sit ut dignificer in finem esse. Principium quidem enim benè dispensatum est: siquidem gratiâ [meâ] potiar, ad hæreditatem meam sine

ſine impedimento lucrari. Timeo enim charitatem veſtram, ne ipſa me lædat. Vobis enim facile eſt, quod vultis facere: mihi autem difficile eſt Deo potiri; ſiquidem vos non parcitis mihi.

Non enim volo vos hominibus placere, ſed Deo pla- 83
cere: quemadmodum & placetis. Neq; enim ego habeo aliquando tempus tale Deo potiendi: neq; vos, ſi taceatis, meliori operi habetis inſcribi. Si enim taceatis à me, ego ero Dei: ſi autem deſideretis carnem meam, rursùs factus ſum * vox. Plus autem mihi non tribu- *f. velox.
etis quàm ſacrificari Deo, dum adhuc ſacrificatorium paratum eſt: ut, in charitate chorus effecti, cantetis Patri in *Ieſu Chriſto* (quoniam Epiſcopum *Syriæ* dignificavit Deus inveniri in Occidente, ab Oriente transmittens bonum occidere à mundo in Deum) ut in ipſo oriar.

Nunquam invidiſtis in aliquo: alios edocuiſtis. Ego autem volo, ut & illa firma ſint quæ docentes præcepiſtis. Solùm mihi potentiam petatis ab intra & ab extra,
ut non ſolùm dicam ſed & velim; non ut ſolùm dicar 84
Chriſtianus, ſed & inveniar. Si enim inveniar, & dici poſſum; & tunc fidelis eſſe, quando utiq; mundo non appareo. Nihil apparentiâ bonum eſt. [Deus enim noſter *Ieſus Chriſtus* in Patre exiſtens magis apparet.] Non ſuaſionis opus ſed magnitudinis eſt Chriſtianus; quando utiq; oditur à mundo.

Scribo Eccleſiis, & præcipio omnibus, quoniam volens pro Deo morior; ſiquidem vos non prohibeatis. Deprecor vos, non concordia intempeſtiva fiatis mihi. Dimittite me beſtiarum eſſe cibum: per quas eſt Deo potiri. Frumentum ſum Dei: & per dentes beſtiarum
molar, ut mundus panis inveniar *Chriſti*. Magis blan- 85
dite beſtiis, ut mihi ſepulchrum fiant, & nihil derelinquant eorum quæ corporis mei; ut non dormiens gravis

alicui inveniar. Tunc ero discipulus verus *Iesu Christi*, quando neq; corpus meum mundus videbit. Orate *Christum* pro me, ut per organa ista Dei sacrificium inveniar. Non ut *Petrus* & *Paulus* præcipio vobis. Illi Apostoli, ego condemnatus; illi liberi, ego usq; nunc servus. Sed si patiar, manumissus fiam *Iesu Christi*; ut resurgam liber. [Et] nunc disco, vinctus, nihil concupiscere.

A *Syriâ* usq; *Romam* cum bestiis pugno, per terram & per mare, nocte & die; vinctus decem leopardis, quod est militaris ordo: qui & beneficiati deteriores fiunt. In
86 injustificationibus autem ipsorum magis erudior: sed non propter hoc justificatus sum. Sortiar bestiis mihi esse paratis; & oro promptas mihi inveniri: quibus & blandiar citò me devorare; non quemadmodum quosdam, timentes non tetigerunt. Sed &, si ipsæ volentem non velint, ego vim faciam. Veniam mihi habete: quid mihi confert, ego cognosco. Nunc incipio discipulus esse; nihil me zelare visibilium & invisibilium, ut *Iesu Christo* fruar. Ignis & crux, bestiarumq; congregationes, dispersiones ossium, concisio membrorum, molitiones totius corporis, malæ punitiones Diaboli in me veniant; solùm ut *Iesu Christo* fruar.

Nihil mihi proderunt termini mundi, neq; regna seculi hujus. Bonum mihi mori propter *Iesum Christum*,
87 quàm regnare super terminos terræ. Illum quæro qui pro nobis mortuus est; illum volo qui propter nos resurrexit. [Ille lucrum mihi adjacet.] Ignoscite mihi, fratres: non impediatis me vivere, non velitis me mori. Dei volentem esse, per mundum non separetis me, [neq; per materiam seducatis.] Dimittite me purum lumen accipere: illuc adveniens, homo ero. Sinite me imitatorem esse passionis Dei mei. Si quis ipsum in seipso habet, intelligat quod volo; & compatiatur mihi, sciens quæ continent me.

Prin-

Princeps ſeculi hujus rapere me vult, & eam quæ in
Deum meum ſententiam corrumpere. Nullus igitur
præſentium de vobis adjuvet: ipſi autem magis mei fia-
tis, hoc eſt, Dei [mei.] Non loquimini *Ieſum Chri-*
ſtum, & mundum concupiſcatis. Invidia in vobis non 88
inhabitet: neq; utiq; ego vos præſens deprecor, credere
mihi. His autem magis credite quæ ſcribo vobis. Vi-
vens enim ſcribo vobis; deſiderans mori. Meum deſi-
derium crucifixum eſt; & non eſt in me ignis amans ali-
quam aquam: ſed vivens & loquens eſt in me, intus me
dicit; *Veni ad Patrem*. Non delector cibo corruptionis,
neq; delectationibus vitæ hujus. Panem Dei volo;
quod eſt caro *Ieſu Chriſti*, ejus qui ex genere *David*: &
potum volo ſanguinem ipſius; quod eſt charitas incor-
ruptibilis.

Non ampliùs volo ſecundùm homines vivere: hoc
autem erit, ſi vos velitis. [velite autem, ut & vos ac-
ceptemini.] Per paucas literas deprecor vos: credite
mihi. *Ieſus* autem *Chriſtus* vobis manifeſtabit hæc, 89
quoniam verè dico; [non mendax os, in quo Pater ve-
rè locutus eſt.] Petite pro me, ut attingam. Non ſe-
cundùm carnem vobis ſcripſi; ſed ſecundùm ſententi-
am Dei. Si patiar, voluiſtis; ſi reprobus efficiar, odi-
viſtis.

Mementote in oratione veſtrâ ejus quæ in *Syriâ* Ec-
cleſiæ, quæ pro me paſtore Deo utitur. Solus ipſe [*Ie-*
ſus Chriſtus] vice Epiſcopi ſit, & veſtra charitas. Ego
autem erubeſco ex ipſis dici. Non enim ſum dignus;
exiſtens extremus ipſorum, & abortivum: ſed miſeri-
cordiam conſecutus ſum aliquis eſſe, ſi Deo fruar. Sa-
lutat vos meus ſpiritus, & charitas Eccleſiarum quæ re- 90
ceperunt me in nomine *Ieſu Chriſti*, ut non tranſeuntem.
Etenim non advenientes mihi in viâ [quæ ſecundùm
carnem] ſecundùm civitatem me præceſſerunt.

Scribo

Scribo autem vobis hæc à *Smyrnâ*, per *Ephesios* dignè beatos. Est autem & simul mecum cum aliis multis & *Crocus*, desideratum mihi nomen: de advenientibus [mecum] à *Syriâ* in *Romam*, ad gloriam Dei. Credo vos cognovisse (quibus & manifestatis) propè me existentem. Omnes enim sunt digni Deo & vobis: quos decens est vos secundùm omnia quietare. Scripsi autem vobis hæc, in eâ quæ ante IX. Kalendas Septembris. Valete in finem, in sustinentiâ *Iesu Christi*.

---

91 EJUSDEM EPISTOLA
AD PHILADELPHICOS.

IGNATIUS, *qui & Theophorus, Ecclesiæ Dei Patris &* Iesu Christi *quæ est in* Philadelphiâ Asiæ, *habenti propitiationem, & firmatæ in concordiâ Dei, & exultanti in passione Domini* Iesu [Christi] *inseparabilitèr, & in resurrectione ipsius certificatæ, in omni misericordiâ: quam saluto in sanguine* Iesu Christi, *qui est gaudium æternum & incoinquinatum, maximè si in uno sumus, cum Episcopo & [eis qui cum ipso] Presbyteris & Diaconis, manifestatis in sententiâ* Iesu Christi; *quos secundùm propriam voluntatem firmavit in firmitudine * sancti spiritûs ipsius.*

* *al.* sancto ipsius spiritu.

92 Uem Episcopum cognovi non à seipso neq; per homines possedisse administrationem in commune convenientem, neq; secundùm inanem gloriam, sed in charitate Dei Patris & [Domini] *Iesu Christi*. Cujus obstupui mansuetudinem; qui silens plura potest his qui vana loquuntur. Concordes

des enim estis mandatis, ut chordis cithara. Propter
quod beatificat mea anima eam quæ in * Domini ipsi- *Dominum
us sententiam: cognoscens virtuosam & perfectam ex- 93
istentem, immobile ipsius & inirascibile in omni man-
suetudine Dei viventis. Filii igitur lucis, veritatis fugi-
te partitionem, & malas doctrinas: ubi autem Pastor
est, illic ut oves sequimini. Multi enim lupi fide digni
delectatione malâ captivant in Deum cursores: sed in
unitate vestrâ non habent locum.

Recedite à malis herbis, quas non colit *Iesus Chri-
stus*: propter non esse ipsas plantationem Patris. Non
quoniam apud vos partitionem inveni; sed abstractio-
nem. Quotquot enim Dei sunt & *Iesu Christi*, isti cum
ipso sunt: & quotquot utiq; pœnitentes veniunt in uni- 94
tatem Ecclesiæ, & isti Dei erunt; ut sint secundùm *Ie-
sum Christum* viventes. Non erretis, fratres mei. Si
quis schisma facientem sequitur, regnum Dei non hæ-
reditat: si quis in alienâ sententiâ circumambulat, iste
passioni non concordat.

Studete igitur unâ gratiarum actione uti. Una enim 96
caro Domini [nostri] *Iesu* [*Christi*,] & unus calix in
unionem sanguinis ipsius, unum altare, & unus Episco-
pus, cum Presbyterio & Diaconis conservis meis: [ut
quod facitis, secundùm Deum faciatis.]

Fratres mei, valdè effusus sum diligens vos, & su- 99
perexultans corroboro vos: non ego autem, sed *Iesus
Christus*, in quo vinctus timeo magis, ut adhuc imper-
fectus. Sed oratio vestra me perficiet, ut in quâ hære- 100
ditate propitiationem habuero potiar: confugiens E-
vangelio ut carni *Iesu*, & Apostolis ut Presbyterio Ec-
clesiæ. Sed & Prophetas diligamus; propter & ipsos in
Evangelium annunciâsse, & in *Christum* sperare, & ip- 101
sum expectare: in quo & [credentes] salvati sunt, [in
unitate *Iesu Christi*] existentes dignè dilecti, & dignè

admirabiles ſancti, à *Ieſu Chriſto* teſtificati [& connumerati] in Evangelio communis ſpei.

[Si autem Iudaiſmum interpretetur vobis; non audiatis ipſum. Melius eſt enim à viro circumciſionem habente Chriſtianiſmum audire, quàm ab habente præputium Iudaiſmum. Si autem utriq; de *Ieſu Chriſto*
103 non loquantur, iſti mihi] columnæ ſunt & ſepulchra mortuorum; in quibus ſcripta ſunt solùm nomina hominum. Fugite igitur malas artes & inſidias Principis ſeculi hujus: ne fortè tribulati ſententiâ ipſius, infirmemini in Charitate. Sed & omnes in idipſum fiatis, in impartibili corde. Gratias autem ago Deo [meo,] quoniam bonam habens conſcientiam ego ſum in vobis; & non habet aliquis gloriari, neq; occultè neq; manifeſtè, quoniam gravavi aliquem in parvo vel in magno. Sed omnibus in quibus locutus ſum oro, ut non in teſtimonium ipſum poſſideant.

104 Si enim & ſecundùm carnē me quidam voluerunt ſeducere: ſed ſpiritus non ſeducitur, à Deo exiſtens. Novit enim unde venit & quò vadit, & occulta redarguit. Clamavi in intermedio exiſtens; locutus ſum magnâ voce, Dei voce: *Epiſcopo attendite, & Presbyterio, & Diaconis*. Quidam autem ſuſpicati ſunt me, ut præſcientem diviſionem quorundam, dicere hæc: teſtis autem mihi in quo vinctus ſum, quia à carne humanâ non cognoui. Spiritus autem prædicavit, dicens hæc: *Sine Epiſcopo nihil faciatis. Carnem veſtram, ut templum Dei, ſervate. Vnitatem diligite: diviſiones fugite. Imitatores eſtote Ieſu Chriſti; ut & ipſe Patris ipſius.*

Ego quidem igitur proprium faciebam, ut homo in unitatem perfectus. Ubi autem diviſio eſt & ira, Deus
105 non habitat. Omnibus igitur pœnitentibus dimittit Deus; ſi pœniteant in unitatem Dei & * concilium Epiſcopi. Credo gratiæ *Ieſu Chriſti*, qui ſolvet à vobis omne

* al. conſilium

omne vinculum. Deprecor autem vos, nihil secundùm contentionem facere, sed secundùm *Christi* disciplinam. Quia audivi quosdam dicentes; quoniam si non in veteribus invenio, in Evangelio non credo: & dicente me ipsis, quoniam scriptum est; responderunt mihi, quoniam præjacet. Mihi autem principium est *Iesus Christus*; inapproximabilia principia crux ipsius & mors, & resurrectio ipsius, & fides quæ per ipsum: in quibus volo in oratione vestrâ justificari.

Boni & Sacerdotes, melius autem Princeps Sacer- 106
dotum; cui credita sunt sancta sanctorum, cui soli credita sunt occulta Dei: qui ipse est janua Patris, per quam ingrediuntur *Abraham* & *Isaac* & *Iacob*, & Prophetæ, & Apostoli, & Ecclesia. Omnia hæc in unitatem fidei. Præcipuum autem aliquid habet Evangeli- 107
um, præsentiam Salvatoris [Domini] nostri *Iesu Christi*, passionem ipsius, & resurrectionem. Dilecti enim Prophetæ annunciaverunt in ipsum: Evangelium autem * perfectio est incorruptionis. Omnia simul bona sunt: si in Charitate creditis.

* al. perfectæ

Quia secundùm orationem vestram, & secundùm viscera misericordiæ quæ habetis in *Christo Iesu*, annunciatum est mihi pacem habere Ecclesiam quæ est in *Antiochiâ Syriæ*: decens est vos, ut Ecclesiam Dei, ordinare Diaconum ad intercedendum illic Dei intercessionem; in congaudere ipsis in idipsum factis, & glorificare nomen. Beatus in *Iesu Christo*, qui dignificabitur tali ministratione: & vos glorificabimini. Volentibus 108
autem vobis non est impossibile, pro nomine Dei, ut & quædam propinquæ Ecclesiæ miserunt Episcopos quædam autem Presbyteros & Diaconos.

De *Philone* autem Diacono à *Ciliciâ* viro testimonium habente (qui & nunc in verbo Dei ministrat mihi cum *Reo*) *Agathopode* viro electo, qui à *Syriâ* me se-

quitur, abrenuncians ſeculo; qui & teſtificantur vobis:
& ego Deo gratias ago pro vobis, quoniam recepiſtis
ipſos; ut & vos Dominus. Qui autem inhonoraverunt
ipſos, liberentur in gratiâ *Ieſu Chriſti*. Salutat vos
charitas multorum qui in *Troade:* unde & ſcribo vobis
per *Burrum*, miſſum mecum ab *Epheſiis* & *Smyrnæis* in
109 verbum honoris. Honoret & ipſos Dominus *Ieſus*
Chriſtus; in quem ſperent carne, animâ, ſpiritu, fide,
charitate, concordiâ. Valete in *Chriſto Jeſu*, communi
ſpe noſtrâ.

EJUSDEM EPISTOLA
AD SMYRNÆOS.

IGNATIUS, *qui & Theophorus, Eccleſiæ Dei Patris & dilecti* Ieſu Chriſti, *habenti propitiationem in omni chariſmate, impletæ in fide & charitate, indeficiente exiſtenti omni chariſmate, Deo-decentiſſimæ & ſanctiferæ, exiſtenti in* Smyrnâ Aſiæ; *in incoinquinato ſpiritu & verbo Dei, plurimùm gaudere.*

110 Lorifico *Ieſum Chriſtum* Deum, qui vos ſa-
pientes fecit. Intellexi enim vos perfectos in
immobili fide (quemadmodum clavifixos in
cruce Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, & carne &
ſpiritu) & firmatos in charitate, in ſanguine *Chriſti*:
certificatos in Dominum noſtrum *Ieſum Chriſtum*, ve-
rè exiſtentem de genere *David* ſecundùm carnem, fili-
um Dei [ſecundùm voluntatem & potentiam Dei]
genitum verè ex Virgine, baptizatum à *Iohanne (ut im-* “
pleatur omnis juſtitia ab ipſo) verè ſub *Pontio Pilato* & “
Herode

Herode Tetrarchâ clavifixum pro nobis in carne. à cujus fructu nos, à divinè beatissimâ ipsius passione; ut levet signum in secula, per resurrectionem, in sanctos & fideles ipsius, & in Iudæis & in Gentibus, in uno cor- 111
pore Ecclesiæ ipsius.

Hæc enim omnia passus est pro nobis, [ut salvemur.] Et verè passus est, ut & verè resuscitavit seipsum. Non, quemadmodum infideles quidam dicunt, secundùm videri ipsum passum esse, [ipsi secundùm videri existentes: & quemadmodum sapiunt, & accidet ipsis existentibus incorporeis & dæmoniacis.]

Ego enim & post resurrectionem in carne ipsum vi- 112
di, & credo existentem. Et Et quando ad eos qui circa *Petrum* venit, ait ipsis: *Apprehendite, palpate me, & videte, quoniam non sum dæmonium incorporeum.* Et confestim [ipsum tetigerunt,] & crediderunt, [convicti, carni ipsius & spiritui.] Propter hoc & mortem contempserunt; inventi autem sunt super mortem. Post resurrectionem autem comedit cum eis & bibit, [ut carnalis; quamvis spiritualiter unitus Patri.]

Hæc autem monefacio vobis, dilecti, sciens quoni- 113
am & vos sic habetis. Præmunio autem vos à bestiis anthropomorphis: quos non solùm oportet vos non recipere, sed [si possibile] neq; eis obviare; solùm autem orare pro ipsis, si quo modo pœniteant, [quod difficile. Hujus autem habet potestatem *Iesus Christus*, verum nostrum vivere.] Si autem secundùm videri hæc operata sunt à Domino nostro: ergo & ego secun- 114
dùm videri ligor. Quid autem & meipsum traditum dedi morti, ad ignem, ad gladium, ad bestias? [Sed prope gladium, prope Deum: inter medium bestiarum, inter medium Dei.] Solùm in nomine *Iesu Christi*, ad compati ipsi, [omnia sustinebo:] ipso me fortificante, [qui perfectus homo factus est.]

Quem quidem ignorantes, abnegant; [magis autem abnegati ſunt ab ipſo:] exiſtentes concionates mortis, magis quàm veritatis. Quos non perſuaſerunt Prophetiæ, neq; lex *Moyſi*; ſed neq; uſq; nunc Evangelium, neq; noſtræ eorum qui ſecundùm virum paſſiones. Etenim de nobis idem ſapiũt. Quid enim juvat me quis, ſi me laudat, Dominum autem meum blaſphemat; non confitens ipſum carniferum? Qui autem hoc non dicit, ipſum perfectè abnegavit; exiſtens mortifer. Nomina autem ipſorum, exiſtentia infidelia, non viſum eſt mihi
115 inſcribere: ſed neq; fiat mihi ipſorum recordari, uſq;
* al. panem, qui quò pœniteant [in * paſſionem, quæ eſt noſtra reſurrectio.]

Nullus erret. Et ſupercœleſtia, & gloria Angelorum, & Principes viſibiles & inviſibiles, ſi non credant in ſanguinem *Chriſti*; & illis judicium eſt. Qui capit, capiat: qualiter nullus infletur. Totum enim eſt fides
116 & charitas: [quibus nihil præpoſitum eſt.] Conſiderate autem aliter opinantes in gratiam *Ieſu Chriſti*, eam quæ in nos venit; qualiter contrariæ ſunt ſententiæ Dei. De Charitate non eſt cura ipſis, non de viduâ, non de orphano, non de tribulato, non de ligato [vel ſoluto, non de eſuriente vel ſitiente.]

[Ab Euchariſtiâ & oratione recedunt; propter non confiteri Euchariſtiam carnem eſſe Salvatoris noſtri *Ieſu Chriſti* pro peccatis noſtris paſſam, quam benignitate Pater reſuſcitavit. Contradicentes ergo huic dono Dei, perſcrutantes moriuntur. Conferens autem eſſet
117 ipſis diligere, ut reſurgant.] Decens eſt recedere à talibus, & neq; ſeorſùm * de ipſis loqui, neq; communiter: attendere autem Prophetis, præcipuè verò Evangelio, [in quo paſſio nobis oſtenſa eſt, & reſurrectio perfecta eſt.] Partitiones autem fugite, ut principium malorum.

* cum

Omnes

Omnes Episcopum sequimini, ut *Iesus Christus* Patrem; & Presbyterium, ut Apostolos: Diaconos autem revereamini, ut Dei mandatum. Nullus sine Episcopo aliquid operetur eorum quæ conveniunt in Ecclesiam.
Illa firma gratiarum actio reputetur, quæ sub ipso est, 118
vel quam utiq; ipse concesserit. Vbi utiq; apparet Episcopus, illic multitudo sit: quemadmodum utiq; ubi est *Christus Iesus*, illic Catholica Ecclesia. Non licitum est sine Episcopo neq; baptizare, neq; agapen facere: sed quod utiq; ille probaverit, hoc est Deo beneplacitum; ut stabile sit & firmum omne quod agitur.

Rationabile est de cætero evigilare &, cùm adhuc
tempus habemus, in Deum pœnitere. Honorans Epis- 119
copum, à Deo honoratus est: qui occultans ab Episcopo aliquid operatur, Diabolo præstat obsequium.
Omnia igitur vobis in gratiâ superabundent: [digni e- 120
nim estis.] Secundùm enim omnia me quiescere fecistis: & vos *Iesus Christus*. Absentem me & præsentem dilexistis: retribuat vobis Deus; propter quem omnia sustinentes, ipsum adipiscemini.

Philonem & *Reum* & *Agathopum*, qui secuti sunt me
in verbum Dei, benè fecistis suscipientes ut ministros 121
Dei *Christi*: qui & gratias agunt Domino pro vobis; quoniam ipsos quiescere fecistis secundùm omnem modum. Nihil vobis utiq; deperibit. Conformis animæ vestræ spiritus meus, & vincula mea quæ non despexistis neq; erubuistis: neq; vos erubescet perfecta fides *Iesus Christus*.

Oratio vestra pervenit ad Ecclesiam quæ est in *Antiochiâ Syriæ* (unde ligatus [Deo decentissimis vinculis] omnes saluto) non existens dignus inde esse (extremus ipsorum existens:) secundùm voluntatem autem Dei dignus factus sum, non ex conscientiâ, sed ex gratiâ Dei; quam oro perfectam mihi dari, ut in oratione

one veſtrâ Deo potiar. Vt igitur perfectum veſtri fiat opus & in terrâ & in cœlo; decet, ad honorem Dei, or-
122 dinare Eccleſiam veſtram Deo venerabilem, in factum uſq; *Syriam*: congaudere ipſis, quoniam pacem habent, & acceperunt propriam magnitudinem, & reſtitutum eſt ipſis proprium corpuſculum. Viſum eſt mihi igitur Deo digna res, mittere aliquem veſtrorum cum epiſtolâ: ut conglorificent eam quæ ſecundùm Deum ipſis factam tranquillitatem; & quoniam portu jam potita eſt, oratione veſtrâ. Perfecti exiſtentes, perfecta & ſapite. Volentibus enim vobis benè facere, Deus paratus eſt ad tribuere.

Salutat vos charitas fratrum qui in *Troade*. Vnde & ſcribo vobis, per *Burrum*, quem miſiſtis mecum ſimul *Epheſiis* fratribus veſtris: qui ſecundùm omnia me quieſcere fecit. Et utinam omnes ipſum imitentur; exiſtentem exemplarium Dei miniſterii. Remuneret ipſum gratia ſecundùm omnia. Saluto deo dignum Epiſ-
123 copum, & Deo decens Presbyterium, & conſervos meos Diaconos; & ſingillatim & communiter omnes, in nomine *Ieſu Chriſti*, & & carne ipſius, & ſanguine, & paſſione, & reſurrectione, carnali & ſpirituali, [in] unitate Dei & veſtri. Gratia vobis, & miſericordia, & pax, & ſuſtinentia ſemper.

Saluto domos fratrum meorum, cum uxoribus & filiis; & virgines vocatas viduas. Valete mihi in virtute Patris. Salutat vos *Philon*, mecum exiſtens. Saluto domum *Thaviæ*; quam oro firmari fide & charitate carnali & ſpirituali. Saluto *Alken* deſideratum mihi nomen, & *Daphnum* incomparabilem, & *Eutecnum*, & omnes ſecundùm nomen. Valete in gratiâ Dei.

MARIÆ



MARIÆ PROSELYTÆ CHASSAOBOLORUM, AD IGNATIUM *adscripta Epistola.*

B. IGNATIO AD EANDEM tributa Epistola Responsoria.

IGNATIUS, *qui & Theophorus, habenti propitiationem in gratiâ Dei Patris altißimi, & Domini* Iesu Christi *qui pro nobis mortuus; fidelißimæ, dignæ Deo, Christum ferenti filiæ* Mariæ, *plurimùm in Deo gaudere.* 131



MELIUS quidem literâ visus, quanto quidem pars melior existens chori sensuum; non solùm quibus tradit amicabilia, honorat accipientem, sed & quibus recipit in melioribus desiderium ditat. Veruntamen secundus, 132
aiunt, portus & literarum modus: quem velut bonam applicationem recepimus à tuâ fide à longè; velut per ipsas videntes quod in te bonum. Bonorum enim (ô omnia sapiens mulier) animæ purioribus assimilantur fontibus. Illi enim transeuntes, etsi non sitiant, ipsâ specie attrahunt ipsos haurire potum. Tuus autem intellectus movet nos, capere jubens de his quæ in animâ tuâ scaturiunt divinis aquis.

Ego autem, ô beata, non mei ipsius nunc tantùm,

quantùm aliorum effectus, multorum contrariorum
voluntatibus: secundùm hæc quidem fugis, secundùm
hæc autem carceribus, secundùm hæc verò vinculis.
Sed à nullo horum avertor. In injustificationibus au-
tem ipsorum magis disco, ut *Iesu Christo* potiar. Vti-
133 nam fruar duris mihi præparatis: quia *non dignæ paßio-
nes hujus temporis ad futuram gloriam revelari* [*in
nos.*]

Quæ autem à te per Epistolam jussa sunt, gratantèr
implevi: in nullo dubitans eorum, quæ ipsa benè habe-
re probâsti. Cognovi enim te judicio Dei testimonium
viris fecisse; sed non gratià carnali. Multùm enim mi-
hi erant & continuæ tuæ scriptibilium locorum memo-
riæ: quas legens, neq; usq; ad intellectum dubitavi cir-
ca rem. Non enim habebam aliquibus oculis excurre-
re quos habebam incontradicibilem à te factam de-
monstrationem. Conformis animæ tecum fiam ego:
quoniam diligis *Iesum* filium Dei viventis. Propter
quod & ipse dicet tibi. *Ego diligentes me diligo; me au-
tem quærentes invenient pacem.*

Supervenit autem mihi dicere, quoniam verus sermo
quem audivi de te, adhuc existente te in *Romà* apud be-
134 atum Papam *Cletum*; cui successit ad præsens dignè be-
atus *Clemens*, *Petri* & *Pauli* auditor: & nunc apposuisti
ad ipsum centupliciter; & apponas adhuc, ô dilecta.
Desideravi vehementer venire ad vos, ut conquiesce-
rem vobiscum: sed *non in homine via ipsius*. Detinuit e-
nim meum propositum, non concedens ad terminum
ire, militaris custodia. Sed neq; in quibus sum, operari
aliquid vel pati potens ego. Propter quod, secundùm
ejus quæ in amicis consolationis literam reputans: sa-
luto sacram tuam animam, deprecans opponi robori.
Præsens enim labor paucus; expectata verò merces
multa.

Fugite

Fugite abnegantes passionem *Christi*, & secundùm carnem nativitatem. Multi autem sunt nunc, secundùm hanc ægrotantes ægritudinem. Alia autem tibi admonere facile; perfectæ quidem omni opere & sermone bono, potenti autem & aliis suadere in *Christo*. Saluta 135
omnes similes tibi, retinentes sui ipsorum salutem in *Christo*. Salutant te Presbyteri & Diaconi: & ante omnes sacer *Eron*. Salutat te *Cassianus* peregrinus meus, & soror mea & sponsa ipsius, & dilectissima ipsorum * *soboles*. Valentem, carnalem & spiritualem sanitatem, Dominus sanctificet [semper:] & videam te in *Christo* potientem coronâ.

* *Aberat hæc vox ab utroq;* MSo.

EPISTOLA AD
POLYCARPUM.

IGNATIUS, *qui & Theophorus*, Polycarpo *Episcopo Ecclesiæ* Smyrnæorum, *magis autem visitato à Deo Patre & Iesu Christo, plurimùm gaudere.*


Cceptans tuam in Deo sententiam, firmatam 136
ut supra petram immobilem; superglorifico, dignificatus tuâ facie immaculatâ: quâ fruar in Deo. Deprecor te in Dei gratiâ, quâ indutus es, apponere cursui tuo, & omnes deprecari ut salventur. Iustifica locum tuum, in omni curâ carnali & spirituali-Unionem cura: quâ nihil melius. Omnes supporta; ut & te Dominus. Omnes sustine in charita-

te; quemadmodum & facis. Orationibus vaca indesinentibus: pete intellectum ampliorem eo quem habes. Vigila, non dormientem spiritum possidens: singulis secundùm consuetudinem Dei loquere. Omnium ægritudines porta, ut perfectus athleta: ubi major labor,
137 multum lucrum.

Bonos discipulos si diligas, gratia tibi non est: magis deteriores in mansuetudine subjice. Non omne vulnus eodem emplastro curatur. Exacerbationes inpluviis quieta. *Prudens fias, ut serpens*, in omnibus; *& sim-* "
plex, ut columba. Propter hoc carnalis es & spiritualis; "
ut manifesta in tuam faciem blandiaris: invisibilia autem petas ut tibi manifestentur; ut nullo deficias, & omni charismate abundes. Tempus expetit te, & ut qui in procellâ est portum à Deo potiendum. Vigila, ut
* Gr. ἐ τὸ θέλημα Dei athleta: * thema incorruptio, vita æterna; de quâ & tu confisus es secundùm omnia. Tui refrigerium ego, & vincula mea quæ dilexisti.

138 Qui videntur fide digni esse & altera docent, non te stupefaciant: sta firmus, ut incus percussa. Magni est athletæ, discerpi & vincere. Maximè autem propter Deum omnia sustinere nos oportet: ut & ipse nos sustineat. Plùs studiosus fias, quàm es: Tempora considera: eum qui supra tempus expecta, intemporalem, invisibilem, propter nos visibilem; impalpabilem, impassibilem, propter nos passibilem, secundùm omnem modum propter nos sustinentem.

Viduæ non negligantur. *&c. ut suprà; pag.* 138.

143
EPISTOLA AD TARSENSES.

IGNATIUS, *qui & Theophorus, salvatæ in* Christo

sto *Ecclesiæ, dignæ laude, & dignæ memoriâ, & dignæ dilectione, existenti in* Tarso; *misericordia, pax, à Deo Patre & Domino* Iesu Christo *multiplicetur semper.*



Syriâ usq; *Romam* cum bestiis pugno:
non ab irrationalibus bestiis comestus
(hæ enim, ut scitis, Deo volente pepercerunt *Danieli*) ab his autem quæ humanæ
formæ; inter quas immansueta bestia lati-
« tans, pungit me quotidie & vulnerat. *Sed de nullo ser-*
« *monem facio* durorum, *neq; habeo animam pretiosam mi-*
« *hi ipsi*; ut diligens ipsam magis quàm Dominum. Pro- 144
pter quod paratus sum ad ignem, ad bestias, ad gladium,
ad crucem: solum *Iesum Christum* sciens salvatorem
meum, & Deum, pro me mortuum. Deprecor igitur
vos ego vinctus *Christi*, per terram & mare jactatus;
« *state in fide* firmi: quoniàm *justus ex fide vivet*. Estote
« inflexibiles: quoniam *Dominus inhabitare facit unius*
« *moris in domo.*

Novi quoniam quidam ministrorum Sathanæ voluerunt vos turbare. ¹ Hi quidem, quoniam *Iesus* opinione natus est, & opinione crucifixus est, & opinione mortuus est. ² Hi autem, quoniam non est filius conditoris. 3 Hi verò, quoniam ipse est qui super omnia Deus. 4 Alii autem, quoniam nudus homo est. 5 Alteri verò, quoniam caro hæc non resurgit; & oportet voluptuosam vivere & transire: hanc enim esse terminum bonorum post non multum corrumpendis. Tantorum
« malorum multitudo eos inebriavit. Sed vos *neq; ad ho-* 145
ram veniatis sub subjectionem ipsorum. *Pauli* enim e-
« stis cives & discipuli, qui *à Ierosolymis & circùm usq;*
« *Illyricum* implevit Evangelium; & *stigmata Christi* in
carne circumtulit.

Cujus

I. Cujus memores, omninò cognoſcitis quoniam *Ie-
ſus* Dominus verè natus eſt ex *Mariâ*, factus ex mulie-
re, & veritate crucifixus eſt (*Mihi* enim, ait, *non fiat*
gloriari, niſi in cruce Domini) & veritate mortuus eſt
& reſurrexit. *Si paſſibilis* enim, ait, *Christus*, *ſi primus*
ex reſurrectione mortuorum. Et, *Quòd mortuus eſt*,
peccato mortuus eſt ſemel; *quòd autem vivit*, *Deo vivit*.
Quia quid opus vinculis, *Christo* non mortuo? quid o-
pus ſuſtinentiâ, quid opus flagellis? Quid umquam, *Pe-
trus* crucifixus eſt, *Paulus* & *Iacobus* gladio cæſi ſunt,
146 *Iohannes* verò relegatus eſt in *Pathmo*, *Stephanus* autem
lapidibus occiſus eſt à Domini occiſoribus *Iudæis*? Sed
nihil horum vanè. Veritate enim crucifixus eſt Domi-
nus ab impiis.

II. Et ſic natus ex muliere filius eſt Dei, & crucifixus
primogenitus omnis creaturæ & Deus verbum: & ipſe
fecit omnia. Dicit enim Apoſtolus: *Vnus Deus Pater*,
ex quo omnia; *& unus Dominus Ieſus Christus*, *per quem*
omnia. [& rursùs:] *Vnus enim Deus*, *& unus mediator*
Dei & hominum homo Ieſus Chriſtus. *& in ipſo creata*
ſunt omnia quæ in cælo & in terrâ, *viſibilia & inviſibi-
lia*: *& ipſe eſt ante omnia*, *& omnia in ipſo conſiſtunt*.

III. Et quoniam non ipſe eſt qui ſuper omnia Deus Pa-
ter, ſed filius illius; dicit. *Aſcendo ad Patrem meum &*
147 *Patrem veſtrum*, *& Deum meum & Deum veſtrum*. Et,
quando ſubjecta ipſi erunt omnia, *tunc & ipſe ſubjicietur*
ei qui ſubjecit ei omnia; *ut ſit Deus omnia in omnibus*.
Igitur eſt alter qui ſubjecit, & qui eſt omnia in omni-
bus; & alter cui ſubjecta ſunt, qui & cum omnibus ſub-
jicietur.

IV. Et neq; nudus homo, per quem & in quo facta ſunt
omnia. *Omnia* enim *per ipſum facta ſunt*. *Quùm fecit*
cælum, *coaderam ipſi*: & illic *eram apud ipſum compo-
nens*; *& applaudebat mihi quotidie*. Qualiter autem u-
tiq;

" tiq; nudus homo audiret; *Sede à dextris meis?* Quali-
" ter autem & diceret; *Priusquàm Abraham fieret, ego*
" *sum?* &, *Clarifica me claritate quam habui, antequàm*
" *mundus esset,* [*à te?*] Qualis autem homo [nudus]
" diceret; *Descendi de cælo, non ut faciam voluntatem me-*
" *am, sed voluntatem ejus qui misit me?* De quali homine 148
" verò diceret? *Erat lux vera, quæ illuminat omnem ho-*
" *minem venientem in hunc mundum. In mundo erat, &*
" *mundus per ipsum factus est; & mundus eum non cogno-*
" *vit. In propria venit, & sui eum non receperant.* Quali-
ter ergo talis nudus homo, & ex *Mariâ* habens prin-
cipium essendi, sed non Deus verbum, & filius unigeni-
" tus? *In principio* enim *erat Verbum, & Verbum erat apud*
" *Deum, & Deus erat Verbum.* & in aliis: *Dominus crea-*
" *vit me principium viarum suarum, in opera sua; ante se-*
" *culum fundavit me, & ante omnes colles generat me.*

Quoniam autem & resurgunt corpora nostra, dicit. V.
" *Amen dico vobis, quoniam venit hora, in quâ omnes qui*
" *in monumentis sunt audient vocem filii Dei, & qui audie-* 149
" *rint vivent.* Et Apostolus: *Oportet enim corruptibile*
" *hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere im-*
" *mortalitatem.* Et quoniam oportet temperatè vivere &
" justè Deo; rursùs. *Non erretis: neq; adulteri, neq; molles,*
" *neq; masculorum concubitores, neq; fornicatores, neq; ma-*
" *ledici, neq; ebriosi, neq; fures, regnum Dei hæreditare po-*
" *terint.* Et, *Si mortui non resurgunt: neq; Christus resur-*
" *rexit. Inanis ergo prædicatio nostra, inanis autem & fides*
" *vestra.* [*adhuc estis in peccatis vestris.*] *Ergo qui &*
" *dormierunt in Christo, perierunt. Si in vitâ hâc speran-*
" *tes sumus in Christo solùm; miserabiliores omnibus ho-*
" *minibus sumus. Si mortui non resurgunt: comedamus &*
" *bibamus; cras enim morimur.* Sic autem dispositi, quid
distabimus ab asinis & canibus, qui nihil de futuro cu-
rant; in appetitum euntes & eorum quæ post comedere? 150

Inscii

Inſcii enim ſunt mouentis intùs intellectûs.

Fruar vobis in Domino. Vigilate omnem unuſquiſq; malitiam deponere, & feralem furorem, detractionem, calumniam, turpiloquium, ſcurrilitatem, ſuſurrationem, inflationem, ebrietatem, luxuriam, avaritiam, inanem gloriam, invidiã, & omne his concurrens: *indui Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & carnis providentiam non fieri in concupiſcentiis*. Presbyteri ſubjecti eſtote Epiſcopo, Diaconi [Epiſcopo &] Presbyteris, populus Diaconis. Conſimilis ego his qui cuſtodiunt hanc bonam ordinationem: & Dominus ſit cum ipſis continuè.


Viri, diligite ſponſas veſtras; uxores, conjuges veſtros. Pueri, parentes præhonorate: parentes, filios *nutrite in diſciplinâ & admonitione Domini*. Eas quæ in
151 virginitate honorate, ut ſacras *Chriſti*: eas quæ in honeſtate viduas, ut altare Dei. Domini, cum moderamine ſervis præcipite: ſervi, cum timore Dominis miniſtrate. Nullus in vobis otioſus maneat: mater enim indigentiæ otioſitas. Hoc enim non præcipio, ut exiſtens aliquis, etſi ligor: ſed, ut frater, ad memoriam revoco. Sit Dominus vobiſcum. Fruar veſtris orationibus: orate ut *Ieſu* fruar.

Commendo vobis eam quæ in *Antiochiâ* Eccleſiam. Salutant vos Eccleſiæ *Philippenſium*: unde & ſcribo vobis. Salutat vos *Philon* diaconus veſter: cui & gratias ego, ſtudioſè miniſtranti mihi in omnibus. Salutat vos Diaconus, qui ex Syriâ ſequitur me in *Chriſto*. Salutate ad invicem in ſancto oſculo. Saluto univerſos
152 & univerſas in *Chriſto*. Valete animâ & ſpiritu: & mei non obliviſcamini. Dominus vobiſcum.

EPISTOLA

EPISTOLA AD ANTIOCHENOS.

IGNATIUS *qui & Theophorus*, *Ecclesiæ habenti propitiatem à Deo*, *dilectæ à* Christo, *advenæ in* Syriâ, *& primæ* Christi *cognominationem accipienti in* Antiochiâ, *in Deo Patre*, *& Domino* Iesu Christo, *gaudere.*

Evia mihi & non onerosa vincula Dominus fecit, discenti pacem habere vos, & in omni concordiâ carnali & spirituali conversari. Deprecor igitur vos ego vinctus in Domino, 153
“ *dignè ambulare vocatione quâ vocati estis*: observantes vos ab inductis hæresibus maligni, in deceptione & perditione persuasorum ab ipso. Attendite autem *Apostolorum* doctrinæ & *Legi* & *Prophetis* credere; omnem Gentilem & Iudaicum abjicere errorem: & neq; multitudinem Deorum inducere, neq; *Christum* negare occasione unius Dei.

“ *Moyses* enim fidelis servus Dei dicens, *Dominus*
“ *Deus tuus Dominus unus est*, & unum & solum prædi-
“ cans Deum, confessus est confestim & Dominum no-
“ strum dicens: *Pluit Dominus super Sodomam & Gomor-*
“ *ram ignem à Domino & sulphur.* & rursùs: *Et dixit*
“ *Deus, faciamus hominem secundùm imaginem nostram*
“ [*& secundùm similitudinem.*] &, *fecit Deus homi-*
“ *nem; secundùm imaginem Dei fecit ipsum.* Et deinceps:
“ [*quoniam*] *in imagine Dei fecit hominem.* Et quia fiet 154
“ homo, ait: *Prophetam vobis suscitabit Dominus ex fra-*
“ *tribus vestris sicut me.*

Prophetæ autem dicentes, ut ex personâ Dei; *Ego Deus primus, & ego post hæc, & præter me non est Deus:* de Patre omnium dicunt. Et de Domino nostro *Iesu Christo: Filius,* * ait, *datus est nobis, cujus principium desuper; & vocatur nomen ipsius Magni consilii Angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potestativus.* Et de inhumanatione ipsius: *Ecce Virgo in utero concipiet, & pariet filium; et vocabunt nomen ejus Emanuel.* Et de passione: *Vt ovis ad occisionem ductus est, et quasi agnus coram tondente ipsum sine voce.* Et, *Ego sicut agnus innocens ductus ad sacrificandum.*

* aiunt,

155 Et *Evangelistæ* dicentes, unum Patrem *solum verum Deum*; & quæ secundùm Dominum nostrum non dereliquerunt, sed scripserunt. *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Et de inhumanatione: *Verbum,* ait, *caro factum est, et inhabitavit in nobis.* &, *Liber generationis Iesu Christi, filii David, filii Abraham. Apostoli* autem dicentes, quoniam *Deus* est, dicebant illi ipsi, quoniam *unus et mediator Dei et hominum.* Et incorporationem & passionem non erubuerunt. Quid enim * ait? *Homo Iesus Christus; qui dedit semetipsum* [*redemptionem*] pro mundi vitâ.

* aiunt ?

Omnis igitur qui unum annunciat Deum, in inter-
156 emptione divinitatis *Christi*; filius est Diaboli, & inimicus omnis justitiæ. Et qui confitetur *Christum*, non ejus qui fecit mundum filium, sed alterius cujusdam incogniti, præter quem prædicavit Lex & Prophetæ; iste organum est ipsius Diaboli. Et qui inhumanationem renuit, & crucem erubescit, propter quam ligatus sum; iste est Antichristus. Et qui nudum hominem dicit *Christum, maledictus* est, secundùm Prophetam, *non in Deo confidens sed in homine.* Propter quod & sine fructu est, proximus *agresti myricæ.* Hæc

Hæc scribo vobis, *ô Christi* juventus; non conscius
vobis habere talem sensum: sed præservans vos, ut Pa-
ter proprios filios. Videte igitur in malum currentes
operatores: *inimicos crucis Christi; quorum finis perdi-
tio,* [*quorum Deus venter,*] *quorum gloria in confusione
ipsorum.* Videte canes sine voce, serpentes surrepentes, 157
infoveatos dracones, aspides, basiliscos, scorpiones.
Isti enim sunt thöes vulpes, hominis imitatores simiæ.

Pauli & *Petri* fiatis discipuli: non perdatis deposi-
tum. Recordamini *Euodii* dignè beati Pastoris vestri;
qui primus ordinatus ab Apostolis in vestram præla-
tionem. Non erubescamus patrem: fiamus proprii
pueri, sed non nothi. Scitis qualiter conversatus sum
vobiscum. Quæ præsens dicebam vobis, hæc & ab-
“ sens scribo. *Qui non amat Dominum Iesum, sit anathe-
ma.* Imitatores mei estote. Consimilis animæ vobis-
cum fiam; quando utiq; Deo potiar. *Mementote meo-
rum vinculorum.*

“ Presbyteri, *pascite eum qui in vobis gregem*: usque-
“ quò ostendat Deus futurum principari vobis. *Ego e-
“ nim jam sacrificor,* [*& tempus resolutionis meæ instat:*] 158
“ *ut Christum lucrifaciam.* Diaconi cognoscant cujus
sunt dignitatis: & studeant immaculati esse, ut sint imi-
tatores *Christi.* Populus subjiciatur Presbyteris & Dia-
conis. Virgines cognoscant cui consecraverunt seipsas.

Viri diligant conjuges: recordantes quoniam una
uni, non multæ uni datæ sunt in creatione. Mulieres
honorent viros, ut propriam carnem: neq; ex nomine
ipsos audeant vocare. Castificent autem; solos viros
conjuges esse existimantes: quibus & unitæ sunt secun-
dùm sententiam Dei. Parentes, filios erudite discipli-
nam sacram. Filii, honorate parentes: *ut bene vobis
sit.*

Domini, non superbè servis præferamini: imitantes

159 *Iob*, dicentem. *Si autem & depravavi judicium servi* "
mei, vel ancillæ meæ, judicatis ipsis ad me. Quid enim "
faciam, si scrutinium mei Dominus faciat? & quæ dein- "
ceps, scitis. Servi, non irritetis Dominos in irâ: ut non
malorum insanabilium vobismet causæ fiatis.

Otiosus nullus comedat; ut non negligens fiat & fornicarius. Ebrietas, ira, invidia, contumelia, clamor, blasphemia, *neq; nominentur in vobis*. Viduæ non de- "
licientur; ut non aberrent à sermone. *Cæsari* subjicimini in quibus non periculosa subjectio. Principes non irritetis in amaricationem: ut non detis occasionem quærentibus abversùm vos occasionem. De incantatione, vel puerili desiderio, vel homicidio, superfluum scribere: quum hæc & Gentibus prohibita sunt fieri. Hæc
160 non ut Apostolus jubeo; sed ut conservus vester, monefacio vos.

Saluto sanctum Presbyterium. Saluto sacros Diaconos, & desideratum mihi nomen: quem videam pro me in Spiritu sancto, cùm utiq; *Christo* fruar; cujus consimilis animi fiam. Saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, confessores. Saluto custodes sanctarum portarum, existentes in *Christo* ministros. Saluto à *Christo* sumptas virgines: quibus fruar in Domino *Iesu*. [Saluto venerabilissimas viduas.] Saluto populum Domini, à parvo usq; ad magnum, & omnes sorores meas in Domino.

Saluto *Cassianum*, & conjugem ipsius, & filios. Salutat vos *Polycarpus* dignè decens Episcopus, cui &
161 cura est de vobis: cui & commendavi vos in Domino. Sed & omnis Ecclesia *Smyrnæorum* memoriam habet vestri in orationibus in Domino. Salutat vos *Onesimus*, *Ephesiorum* Pastor. Salutat vos Magnesias Episcopus. Salutat vos *Polybius*, *Trallæorum*. Salutat vos *Philon* & *Agathophus* diaconi, consecutores mei. *Salutate ad* "
invicem in osculo sancto. "

Hæc

Hæc à *Philippis* ſcribo vobis. Sanet vos qui eſt ſolus ingenitus, per ante ſecula genitum, cuſtodiat ſpiritu & carne: & videam vos in *Chriſti* adventu. Saluto eum qui pro me futurus eſt principari vobis: quo fruar in *Chriſto*. Valete in *Deo* & *Chriſto*, illuminati *Spiritu ſancto*.

EPISTOLA AD HERONEM 162
Diaconum Eccleſiæ Antiochenorum.

IGNATIUS, *qui & Theophorus, à Deo honorato & deſideratiſſimo, Chriſtofero, ſpirituali filio in fide & charitate*, Eroni *diacono* [Ieſu] Chriſti *& famulo Dei, gratia, miſericordia & pax ab omnipotenti Deo &* Ieſu Chriſto *Domino noſtro, unigenito filio ipſius*; qui dedit ſemetipſum pro [*nobis &*] peccatis noſtris, ut eriperet nos ex præſenti ſeculo nequàm, *& ſalvaret in regnum ipſius ſupercœleſte*.

DEprecor te in Deo apponere curſui tuo, & juſtificare tuam dignitatem. Concordiamq; ad Sanctos cura. Infirmiores porta; ut *impleas legem Chriſti*. Iejuniis & orationibus vaca: ſed non immoderatè, ut teipſum proſternas. A vino & carnibus non omninò abſtine: non enim ſunt abominabilia. (*Bona* enim *terræ comedite*, ait. &, *Manducate carnem ut olera*. &, *Vinum lætificat cor hominis, & oleum exhilarat, & panis confirmat*.) ſed moderatè & ordinatè, ut Deo tribuente. *Quis enim comedit, vel quis bibit, ſine ipſo?* quoniam *ſi quid bonum, ipſius; & ſi quid bonum, ab ipſo*. Lectioni attende: ut non ſolùm ipſe ſcias leges, ſed & aliis ipſas enarres, ut Dei athleta. 163

164 *Nullus militans implicatur vitæ negotiis: ut ei cui militat placeat. Si autem & certet quis; non coronatur, nisi legitimè certaverit.* Consimilis animæ tibi ego vinctus. "

Omnis qui dicit præter præcepta; etsi dignus fide sit, etsi jejunet, etsi virginitatem servet, etsi signa faciat & prophetet: *Lupus* tibi appareat, in ovis pelle, ovium corruptionem operans. Si quis negat crucem, & passionem erubescit; sit tibi sicut [Antichristus &] Adversarius: *etsi distribuat in cibos quæ habet pauperibus, etsi montes transferat, etsi tradat corpus in combustionem;* sit tibi abominabilis. Si quis depravat Legem vel Prophetas, quos *Christus* præsens adimplevit; sit tibi ut *Antichristus*. Si quis hominem nudum dicit Dominum; *Iudæus* est *Christi* occisor.

165 *Viduas honora, eas quæ verè viduæ.* Orphanos protege. Deus enim *pater est orphanorum, & judex viduarum.* Nihil sine Episcopis operare. Sacerdotes enim sunt: tu autem Diaconus sacerdotum. Illi baptizant, sacrificant, manus imponunt; tu autem ipsis ministra, ut *Stephanus* sanctus, in *Hierosolymis*, *Iacobo* & Presbyteris. Congregationes non negligas: ex nomine omnes require. *Nullus tuam juventutem contemnat: sed exemplum esto fidelium in sermone & conversatione.*

Servos non erubesce: communis enim nobis & ipsis natura. Mulieres non abominare: ipsæ enim te genuerunt & enutriverunt. Diligere igitur oportet causas generationis; solùm in Domino. Sine muliere autem vir non pueros faciet. Honorare igitur oportet conjuges

166 generationis. *Neq; vir sine muliere, neq; mulier sine viro:* nisi in protoplastis. *Adæ* enim corpus ex quatuor elementis; *Eva* autem ex costâ *Adæ*. Sed & gloriosus partus Domini ex solâ Virgine, non abominabili legali mixtione, sed Deo decente generatione. Decuit enim ipsum, conditorem existentem, non consuetâ uti generatione,

ratione, sed inopinabili & peregrinâ ut conditorem.
" Superbiam fuge. *Superbis enim Deus resistit*. Falsilo-
" quium abominare. *Perdes* enim *omnes loquentes men-*
" *dacium*. Ab invidiâ te custodi. Princeps enim ipsius
Diabolus; & successor *Cain*, fratri invidens, & ex invi-
diâ homicidium operans. Sorores meas mone sufficere
conjugibus. Virgines custodi, ut *Christi* vasa. Longa- 167
nimis sis; ut sis in prudentiâ multus. Inopes non negli-
" gas, in quibus utiq; abundas. *Eleemosynis* enim *& fide*
" *purgantur peccata*.

Teipsum castum serva, ut Dei habitaculum: tem-
plum *Christi* existis, organumq; Spiritûs. Nôsti quali-
ter te enutrivi. Etsi minimus sum, zelotes mei fias: imi-
tare meam conversationem. Non glorior mundo, sed
" in Domino. *Eroni* filio meo moneo: *Qui autem gloria-*
" *tur, in Domino glorietur*. Fruar te, puer meus deside ra-
te: cujus custos fiat solus ingenitus Deus, & Dominus
Iesus Christus. Non omnibus crede, non de omnibus
confide: neq; utiquè aliquis seducat te. Multi enim sunt
" ministri *Sathanæ*: & *qui velociter credit*, *levis est* 168
" *corde*.

Memento Dei, & non peccabis aliquando. Non sis
duplicis animæ in oratione tuâ. Beatus enim qui non
dubitat. Credo enim in patrem Domini [nostri] *Ie-
su Christi*, & in unigenitum [ipsius] Filium; quoniam
ostendit mihi Deus *Eronem* in throno meo. Appone i-
gitur ad cursum. Annuncio tibi in Deo omnium, &
in *Christo* præsente, & Spiritu sancto, & administrato-
riis ordinibus: custodi meum depositum, quod ego &
Christus deposuimus tibi; & non teipsum indignum ju-
dices expectatis de te à Deo. Commendo tibi Eccle-
siam *Antiochenorum*. *Polycarpo* commendavi vos in
Domino *Iesu Christo*.

Salutant te Episcopi, *Onesimus*, *Bitus*, *Damas*, *Poly-
bius*,

169 *bius*, & omnes qui à *Philippis* in *Christo*, unde misi tibi. Saluta Deo decens Presbyterium. Saluta sanctos condiaconos tuos: quibus ego fruar in Domino, carne & spiritu. Saluta populum Domini, à parvo usq; ad magnum, secundùm nomen: quos commendo tibi, ut *Moyses Iesu* post ipsum Duci. Et non tibi videatur grave quod dictum est. Et si non sumus tales, quales illi; sed tamen oramus fieri: quia & *Abraham* sumus pueri. Fortificare igitur, ô *Heron*, heroicè & viriliter. Tu enim induces amodò & educes populum Domini, eum qui in *Antiochiâ*: & *non erit Synagoga Domini sicut oves quibus non est pastor.*

Saluta *Cassianum* peregrinum meum, & conjugem ipsius venerabilissimam, & dilectissimos ipsorum pueros; quibus *dabit Deus invenire misericordiam à Do-*
170 *mino in illâ die*, ejus quæ in nos administrationis gratiâ: quos & commendo tibi in *Christo* [*Iesu.*] Saluta eos qui in Laodiceâ fideles omnes, secundùm nomen, in *Christo.* Eos qui in *Tharso* non negligas: sed magis continuè ipsos visita, confirmans ipsos secundùm Evangelium. *Marim*, eum qui in *Neapoli* eâ quæ ad *Zarbo* Episcopum, saluto in Domino. Saluta autem & venerabilissimam *Mariam* filiam meam, multimodè eruditissimam, & eam quæ secundùm domum ipsius Ecclesiam: cui consimilis animæ fiam, exemplarium piarum mulierum. Sanum te & in omnibus approbatum, Pater *Christi* per unigenitum custodiat in longum vivere, ad utilitatem Ecclesiæ *Christi*.

Vale in Domino, & ora ut perficiar.

FINIS.

BARNABÆ
EPISTOLA CATHOLICA,

GRÆCE, VNA CVM VETERE LATINA VERSIONE, nunc primùm in lucem edita.

ACCESSERUNT;

Acta *Barnabæ*, consobrino ipsius *Iohanni Marco* ineptè afflicta.

Martyrium *Ignatii* Episcopi Antiocheni, à discipulis qui passioni ipsius interfuerant descriptum.

De *Polycarpi* martyrio, *Smyrnensis* Ecclesiæ Epistola; simul cum antiquâ Latinâ versione, integrè jam edita.

Ex Responsionum Capitulis, *Polycarpo* adscriptis, fragmenta quinque.



OXONIÆ,
Excudebat LEONARDUS LICHFIELD
Anno Salutis. 1642.


BIBLIOTHECA·BODLEIANA·



JACOBI ARMACHANI
de BARNABæ Epiſtolâ
Præmonitio.



OLYCARPI ad *Philippenſes* epiſtolam, *longè prolixiorem illâ quæ habetur typis excuſa*, apud ſe Græcè ſcriptam extitiſſe, [a] *Baronio* perſuaſerat *Franciſcus Turrianus*, Societatis Ieſu Presbyter. Sed exemplari illius diligentiùs inſpecto, partem ipſius maximam ad epiſtolam quæ *Barnabæ* Apoſtoli ferebatur olim nomine pertinuiſſe, deprehendit poſteà *Iacobus Sirmondus*, ejuſdem Societatis Theologus. Neq; aliter habuiſſe, vel Bibliothecæ *Vaticanæ* vel Cardinalis *Columnæ* codices, oſtendit [b] *Petrus Halloixius*, & ipſe Ieſuita.

a Baron. notat. in Martyrolog. Roman. Januar. 26.

b P. Halloix notat. in Vit Polycarpi, cap. 16. 17. 18.

Nempe in primo exemplari ex quo *Columnæus* ille codex (qui omnium putatur antiquiſſimus) & reliqui qui ſuperſunt hodie ſunt deſcripti, librariorum vitio quaternio vel omiſſus vel tranſpoſitus eſt: cujus defectu factum eſt, ut in Græcis ſuperſtitibus & finem epiſtolæ *Polycarpi* deſideremus, & principium *Barnabæ*.

Nam longè antiquioribus etiam temporibus, non *Ignatii* ſolùm

lùm literas huic *Polycarpi* epiſtolæ (quod ex fine ipſius liquet) ſubjectas fuiſſe, ſed ſimul cum eis & iſtam *Barnaba*: ex illo *Hieronymi* loco, in libro 3. adverſus Pelagianos, blandiente conjecturâ, ut crederem, penè inductus ſum. *Ignatius, vir Apoſtolicus & martyr, ſcribit audacter: Elegit Dominus Apoſtolos, qui ſuper omnes homines peccatores erant.* Vt enim in poſteriore Ignatianarum Epiſtolarum Collectione, cùm reliquis præfixæ fuiſſent *Mariæ Caſtabalitæ* nomine inſcriptæ literæ, eas etiam ipſius *Ignatii* adſcripto titulo in *Antonii*. [c] Meliſsâ producta fuiſſe animadvertimus: ita etiam in priore illâ, cùm inter *Polycarpi* & *Ignatii* eidem ſubjunctas epiſtolas, etiam illa *Barnabæ* interpoſita legeretur; non mirum ſi ἁμαρτήματι μνημονικῷ conſimili, & eodem modo excuſabili, *Ignatii* nomine citaverit *Hieronymus*, quod propriè erat tribuendum *Barnabæ*.

c Meliſſ. lib. 2. ſerm. 19.

In eâ enim quam nunc damus illius epiſtolâ, ſententia hæc reperta eſt: Τοὺς ἰδίους Ἀποστόλους τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξατο ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν, ἀνομωτέρους. quam & ante *Hieronymi* tempora in eâdem extitiſſe; verba illa [d] *Origenis* fidem faciunt. Γέγραπται δ' ἐν τῇ Βαρνάβα καθολικῇ ἐπιστολῇ (ὅθεν ὁ Κέλσος λαβὼν τάχα εἶπεν, εἶναι ἐπιῤῥήτους καὶ πονηροτάτους τοὺς Ἀποστόλους) ὅτι ἐξελέξατο τοὺς ἰδίους Ἀποστόλους Ἰησοῦς, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἀνομίαν ἀνομωτέρους. *Scriptum eſt ſanè in Barnabæ Catholicâ epiſtolâ, (unde fortaſsè Celſus occaſionem arripuit, ut Apoſtolos infames & nequiſſimos diceret) quòd Apoſtolos ſuos elegiſſet Jeſu, qui erant omni iniquitate iniquiores.* Vbi *Catholicam* hanc appellat epiſtolam; quod nulli particulari vel perſonæ vel Eccleſiæ inſcripta ea eſſet, ſed Chriſtianorum fratrum, ubicunq; degentium, ipſi univerſitati. Neq; verò mirabitur, *Ignatii* nomine productum fuiſſe ab *Hieronymo* quod erat *Barnabæ*; qui *Barnabæ* etiam titulo à *Clemente Alexandrino* laudatum animadverterit, quod *Romano Clementi* fuerat adſcribendum. Is enim citato loco Pſalmi, ([e] *Aperite mihi portas juſtitiæ, in ipſas ingreſſus confitebor Domino: hæc eſt porta Domini, juſti tranſibunt per eam*) Prophetæ dictum hoc à *Barnabâ* ſic expoſitum fuiſſe ait. Πολλῶν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ [ἐν] δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες. *Cùm multæ portæ ſint apertæ; quæ eſt juſtitiæ, ea eſt in Chriſto: in quam beati ſunt omnes qui ſunt ingreſſi.* quæ quidem, in *Barnabâ* fruſtrà quæſita, in priore *Clementis* ad *Corinthios* epiſtolâ (à doctiſſimo *Patricio*

d Origen. contra Celſum, lib. 1. (pag. 50.)

e Pſal. 118. (al. 117.) v. 19, 20.

tricio Iunio non ita pridem editâ) totidem verbis expressa invenimus.

Porrò duas hasce imperfectas *Polycarpi* & *Barnabæ* Græcas epistolas, ex *Andreæ Schotti* apographo suâ manu descriptas vir clarissimus *Claudius Salmasius*, unâ cum antiquâ Latinâ *Barnabæ* versione, ex vetere *Corbeiensis* Bibliothecæ codice â *Iohanne Cordesio* exscriptâ, *Isaaco Vossio*, celeberrimi illius *Gerardi* filio, summæ spei juveni, tradidit: quam, cum Græco *Barnabæ* textu conjunctam, additis etiam eruditis notis, ad prælum ille apparavit. Vt igitur in Sylloges hujus initio, Græcum *Polycarpum*, posteriore sui parte ex antiquâ versione Latinâ suppletum, exhibuimus: ita & ad ejus finem *Barnabam*, priore sui parte ex aliâ vetere interpretatione similiter redintegratum (non sine humanissimi *Vossii* consensu) representare visum fuit. Ex cujus utriusq; collatione mutuâ est deprehensum, non solùm primam Epistolæ partem in exemplari Latino fuisse conservatum, quam defuisse diximus in Græco; sed etiam postremam vice versâ retentam fuisse in Græco, quæ aberat à Latino: atq; in intermediis prætereà, nonnulla habere * Græcum quæ desunt in Latino, & Latinum rursùs quæ non reperiuntur in Græco; cujus generis ea sunt, quæ in utroq; contextu uncis [ ] includenda curavimus.

Ex duobus autem præcipuis membris tota hæc constat Epistola: quæ in contextu Græco hâc inter se transitione connexa videmus. Ταῦτα μὲν οὕτως. Μεταλάβωμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχήν. ubi, pro μεταλάβωμεν, alii μεταβάλωμεν, *Patricius Iunius* noster μεταβῶμεν legendum conjicit. In priore autem parte sententia hæc longè antè præcesserat: Ἔχεις καὶ ἐν τούτῳ τὴν δόξαν τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν. Quam vetus Latinus interpres suo loco motam huc transtulit, totius epistolæ Epilogum hunc satis inconcinnum statuens. *Hæc autem sic sunt. Habetis interim de majestate Christi, quomodo omnia in illum, & per illum facta sunt. Cui sit honor, virtus, gloria, nunc & in secula seculorum.* Secundâ Epistolæ parte penitùs prætermissâ: quam idcircò, Latinâ eruditissimi *Gerardi Langbaini* versione, in hâc editione locupletandam curavimus.

Ab hâc verò *duarum viarum* distinctione pars ista ducit exordium. Ὁδοὶ δύο εἰσὶ διδαχῆς καὶ ἐξουσίας· ἥ τε τοῦ φωτὸς, καὶ ἡ τοῦ σκότους. Διαφορὰ δὲ πολλὴ τῶν δύο ὁδῶν. ἐφ' ἧς μὲν γὰρ εἰσὶ τεταγμένοι

* Inter quæ & illud, à *Clemente Alexandr.* in 5. Stromat. citatum: Ἀπλούστερον ὑμῖν γράφω, ἵνα συνίητε.

φωταγωγοὶ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἧς δὲ ἄγγελοι τοῦ Σατανᾶ. Ad quæ verba respexisse *Originem* non est dubium, in libro 3. περὶ ἀρχῶν, cap. 2. ita scribentem. *Eadem quoq; Barnabas in Epistolâ suâ declarat, cùm duas vias esse dicit, unam lucis, alteram tenebrarum; quibus & præesse certos quosq; Angelos dicit: viæ quidem lucis, Angelos lucis, tenebrarum autem viæ, Angelos Satanæ.* Etsi enim in priore quoq; epistolæ parte, (uti etiam in *pseudo-Clementinis* [f] Constitutionibus, quarum Authorem ut ex *Romano Clemente, Ignatio*, & aliis alia, ita quæ de duabus vitæ mortisq; viis fusiùs enarrat ex hac ipsa *Barnabæ* epistola intervertisse vel primâ facie legenti constabit) *duarum viarum* facta sit mentio: hoc tamen tantùm in loco, Angelorum lucis & Satanæ, iisdem præfectorum, occurrit commemoratio. Adde, quod & *Satanæ* ipsum nomen ab *Hieronymo*, in fine libelli de *Nominibus Hebraicis*, inter ea recensetur quæ ex *Epistolâ Barnabæ* sunt selecta; nec in priore tamen hujus epistolæ parte uspiàm extat in quâ reliqua omnia sunt reperta: si modò *Naue* (quo nomine *Iesu* sive *Iosuæ* patrem Græci indigetant) pro *Nahum* reposueris; quem librarii temeritate hîc fuisse insultum, *Germinis* adjuncta interpretatio satis evincit, cùm *Nahum* sit *Consolator*; [g] *Naue* verò, *Semen, germen vel pulchritudo:* uti jam prius in eodem libro exposuerat ipse *Hieronymus*.

[f] Constitut. Apostolic. lib. 7. cap. 1, 2. & deinceps.

[g] Hieron. de Nominib. Hebraic. in Exodo.

Longiorem quoq; hanc fuisse Epistolam, στιχομετρία illa satis indicat, quam Latinis (nam Græca editio hîc est mutila) ex *Nicephori* Patriarchæ Constantinopolitani chronographiâ tradidit *Anastasius* Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius. in quâ, ut septem Catholicæ (quæ vocantur) *Iacobi, Petri, Iohannis* & *Iudæ* epistolæ, 1300 versibus; ita & hæc *Barnabæ*, 1306. comprehensa fuisse dicitur. In posteriore deniq; Epistolæ parte reperta ista sunt, à *Clemente Alexandrino*, in libro 2. Stromatum, ex *Barnabâ* citata. Ὁ δὲ Θεὸς, ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κυριεύων δώη καὶ ὑμῖν σοφίαν καὶ σύνεσιν, ἐπιστήμην, γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, ὑπομονήν. Γίνεσθε οὖν θεοδίδακτοι, ἐκζητοῦντες τί ζητεῖ ὁ Κύριος ἀφ' ὑμῶν· ἵνα εὕρητε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τὰς τούτων ἐπιβολάς. ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσαγορεύω. ubi postrema illa, ex *Barnabæ* nostri contextu, ita sunt restituenda. ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Τούτων ἐπιβολὰς (vel ἐπιβόλους, ut emendat *Sylburgius*) ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσαγορεύω, idem sc. *Barnabas*; sub ipsius epistolæ clausulam, paulo pòst, eos ad quos scribit, ita salutans.

salutans. Σώζεσθε ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης. Vt tùm ex principio tùm ex fine manifestè deprehensum appareat; posterius membrum hoc (utcunq; à Latino Interprete silentio prætermissum) ejusdem corporis partem esse, cujus & primum.

Ad totius verò Epistolæ *authorem* & *authoritatem* quod attinet: idem ille *Clemens* (ut de discipulo ipsius *Origine* nihil dicam) & authoris *Barnabæ*, & authoritatis *Apostolicæ*, eam fuisse credidit. In libro enim illo 2° Stromatum, alia posteà testimonia ex eâ producens, hâc utitur præfatione. Ὅπως δ' ἡμεῖς τὰς τοῦ διαβόλου τὰς ἐνεργείας καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα εἰς τὴν τοῦ ἁμαρτωλοῦ ψυχὴν ἐπισπείρειν φαμὲν, οὐ μοι δεῖ πλειόνων λόγων παραθεμένῳ μάρτυν τὸν Ἀποστολικὸν Βαρνάβαν (ὁ δὲ, τῶν ἑβδομήκοντα ἦν, καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου) κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγοντα. *Quomodo autem nos Diaboli operationes, & spiritus immundos in peccatoris animam seminare dicamus, non mihi pluribus verbis opus est si adduxero testem Barnabam Apostolicum (erat autem is * ex septuaginta, & Pauli adjutor) his verbis sic dicentem.* & in 5°. Βαρνάβας, ὁ καὶ αὐτὸς συγκηρύξας τῷ Ἀποστόλῳ κατὰ τὴν διακονίαν τῶν ἐθνῶν τὸν λόγον. *Barnabas, qui ipse quoq; in Gentium ministerio prædicavit verbum unà cum Apostolo Paulo.* Neq; *Apostolici* solùm, sed etiam *Apostoli Barnabæ* nomine, in 2° Stromatum libro, eandem epistolam laudat: ejusdemq; non minùs quàm reliquarum Scripturarum Canonicarum, in libris Hypotyposeôn [h] contractas explicationes exhibuit.

* Idem etiam affirmat, in libro 7. Hypotyposeôn. (apud Euseb. lib. 2. hist. κεφ. α.)

h Ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις. Euseb. lib. 6. hist. κεφ. ιγ, ιδ.

Barnabas Cyprius, qui & Ioseph Levites, cum Paulo gentium Apostolus ordinatus, unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem epistolam composuit, quæ inter apocryphas scripturas legitur: ait, in Ecclesiasticorum scriptorum Catalogo, B. *Hieronymus*. & libro 13° Commentariorum in Ezechiel. cap. 43. *Vitulum*, inquit, *qui pro nobis immolatus est; & multa scripturarum loca, & præcipuè Barnabæ epistola, quæ habetur inter scripturas apocryphas, nominat.* Vtrùm verò ex propriâ mente ab *Apostolo ad ædificationem Ecclesiæ compositam* hanc fuisse epistolam ille dixerit, ex aliorum autem sensu in *apocryphorum* classem conjecerit; exquirant alii: in eam certè sententiam propendisse illum aliquando, ex *Nominum Hebraicorum* libello colligi posse videatur; in quo, cum reliquis Novi Testamenti scripturis etiam *Barnabæ* istam epistolam conjunctam ab eo fuisse cernimus.

In

In illâ *Nicephori* Constantinopolitani Patriarchæ στιχομετρίᾳ (quam Latinis *Anastasium* Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarium tradidisse diximus) à Novi Testamenti *apocryphis* quidem scriptis separatur, sed inter ea *quibus contradicitur* (ut & *Apocalypsis Johannis*) recensetur. In altero verò Indiculo, quem *Anastasii Nicæni* in S. Scripturam Quæstionibus subjectam vidimus, unâ cum *apocryphis* simpliciter adnumeratur: & ipsius *Hieronymi* in Prologo Galeato suffragio accedente, & universalis Ecclesiæ simul judicio, quæ *Barnabæ* scriptum nullum in sacrum Canonem unquàm admisisse comperta est. *Montani* enim spiritu afflatus fuit *Tertullianus*, [i] quum epistolæ ad Hebræos *Barnabæ* affixit titulum: & altera hæc, ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολή, ab *Eusebio* non solùm inter scripturas [k] *quibus contradicitur*, sed etiam inter [l] *nothas* collocatur. Vt hîc etiam locum habeat, quod de aliis ejusdem generis ab *Augustino* est dictum. [m] *Hæc scripta castitas Canonis non recepit: non quòd eorum hominum, qui Deo placuerunt, reprobetur authoritas; sed quòd ista non credantur ipsorum esse.*

Quanquam non longè post ipsius *Barnabæ* tempora exaratam fuisse hanc Epistolam, tot illa à *Clemente Alexandrino* (qui proximo post Apostolos seculo claruit) ex eâ, in *Stromatum* libris, laudata testimonia, fidem faciunt. Quibus & illa ejusdem in *Pædagogo*, lib. 2. cap. 10. adjungere liceat. Καὶ τὸ μὲν λαγὼν καθ' ἔτος πλεονεκτεῖν φασὶ τὴν ἀφόδευσιν, εἰς ἀριθμὸς ὅις βεβίωκεν ἔτεσιν, ἴσχοντα τρυπάς. quæ ex istis Epistolæ hujus mutuatum eum fuisse, monuit me D. *Petrus Turnerus*, Savilianus in Academiâ Oxoniensi Matheseos Professor, eruditissimus. ὅτι ὁ λαγωὸς κατ' ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τὴν ἀφόδευσιν. ὅσα γὰρ ἔτη ζῇ, τοσαύτας ἔχει τρυπάς. Sed & aliquam hîc præferunt vetustatis speciem, ipsarum apocrypharum scripturarum, quarum jamdiu in Ecclesiâ obsolevit memoria, citationes non paucæ: inter quas & illam fortasse quis annumeraverit. *Regna in terris decem regnabunt: & resurget retrò pusillus, qui deponet tres in unum.* licèt ea *Danielis* capitulo VII. uti olim in LXX. Interpretum editione legebatur, desumptam fuisse ego quidem existimaverim: quum *Theodotionis* interpretatio (quam in *Daniele*, alterâ illâ posthabitâ, Ecclesiam posteà recepisse confirmat [n] *Hieronymus*) hanc nobis hodie lectionem exhibeat. Δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται, καὶ ὀπίσω

σω

i Tertullian. de Pudicitiâ, cap. 20. & ex eo, Hieronym. Catalog. script. Ecclesiast. in *Paulo*.
k Euseb. lib. 6. histor. Ecclesiast. κεφ. 12, ιγ.
l Id. ibid. lib. 3. κεφ. κε.
m Augustin. de Civitat. Dei, lib. 18. cap. 38.
n Hieron. Præfat. in Daniel.

σω αὐτῶν ἀναςήσε]) ἕτερος, ὃς ὑπεροίσει κακοῖς πάντας τοὺς ἔμπροσθεν, καὶ τρεῖς βασιλεῖς ταπεινώσει. quod & ipſum non leve eſt antiquitatis argumentum.

Quare, quod de duobus locis, altero ex Evangelio juxta *Hebraeos* de Servatore à Iobanne baptizando, de * nequitiâ Apoſtolorum altero ex ipſo *Barnabâ* (licèt *Ignatii*, ut dictum eſt, ſubſtituto nomine) à ſe productis, uſurpavit olim *Hieronymus*; [o *Quibus teſtimoniis ſi non uteris ad authoritatem, utere ſaltem ad antiquitatem*:] id ad univerſam hanc Epiſtolam accommodandum cenſemus; ejus *antiquitatem* ita ſuſpicientes, ut *authoritatem* tamen ſententiæ illi Apoſtolicæ ſubjiciendam eſſe non abnuamus. p *Omnia probate: quod bonum eſt tenete.*

* Vid. Cl. Salmaſium, de Trapezit. fœnore, p. 327.

o Hieronym. lib. 3. adverſ. Pelag. cap. 1.

p 1. Theſſal. 5. 21.



INCIPIT EPISTOLA BARNABÆ *feliciter*.

GRÆCA DESIDERANTUR.

AVete, filii, & filiæ, in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui vos dilexit in pace. Magnarum & honestarum Dei æquitate abundantiam sciens esse in vobis; supra modum exhilaror beatis & præclaris spiritibus vestris, quòd sic naturalem gratiam accepistis. Propter quod plurimùm gratulor mihi, sperans liberari, quia verè video in vobis infusum spiritum ab honesto fonte Dei. Cùm persuasum mihi sit hoc, & plenus sciam, quia dum ad vos allo-

alloquor, multa mihi bona ſucceſſerunt in via æquitatis domini; ideo fors & ego cogito diligere vos ſuper animam meam, quia magnitudo fidei & dilectio habitat in illo, & ſpes vitæ illius. Cogitans ergo hoc, quaſi mihi curæ fuerit, ut vobiſcum partiar, ex eo quod accepi [futurum mihi talibus ſpiritibus ſervientes. Hæc in mercede] adpropiavi pauca vobis mittere, ut fidem veſtram conſummatam habeatis & ſcientiam. Tres ſunt ergo conſtitutiones Domini, vitæ ſpes, initium, & conſummatio. Propalavit enim Dominus per Prophetas, qui præterierunt, & futurorum dedit nobis initia ſcire: ſicut ergo locutus eſt, honeſtius & altius accedere ad aram illius. Ego autem non tanquam doctor, ſed unus ex vobis, demonſtrabo pauca, per quæ in plurimis lætiores ſitis.

Ex Clement. Alexandrin. Stromat. lib. 2.

ἀφ᾽ οὗ ἔλαβον μέρους, ἐσπούδασα κατὰ μικρὸν ὑμῖν πέμψαι· ἵνα μετὰ τῆς πίστεως ὑμῶν τελείαν ἔχητε καὶ τὴν γνῶσιν.

Cum

Ex Clement. Alexandrin. Ibid.

Τῆς μὲν οὖν πίστεως ἡμῶν εἰσιν οἱ συλλήπτορες φόβος καὶ ὑπομονή· Τὰ δὲ συμμαχοῦντα ἡμῖν, μακροθυμία καὶ ἐγκράτεια. Τούτων οὖν τὰ πρὸς τὸν κύριον μενόντων ἁγνῶς, συνευφραίνονται αὐτοῖς σοφία, σύνεσις, [ἐπιστήμη, γνῶσις.]

Ex interpr. LXX.

Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος; πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ᾽ ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι. Τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε. ἐὰν φέρητέ μοι σιμίδαλιν,

Cum ſint ergo dies nequiſſimi, & contrarius habeat hujus ſæculi poteſtatem; debemus attendentes inquirere æquitates domini. Fidei ergo noſtræ adjutor eſt timor & ſuſtinentia: quæ autem nobiſcum pugnant, patientia eſt & continentia. Hæc cum apud Dominum permanent caſta, conlætantur illis ſapientia & intellectus: adaperuit enim nobis per omnes prophetas, quia non utitur noſtras, neq; hoſtias, neq; victimas, neq; oblationes, hæc dicens; *Quò mihi multitudinem* Eſa. 1. 11. *ſacrificiorum veſtrorum, dicit Dominus? Plenus ſum holocauſtomatibus arietum, & pinguaminibus agnorum, & ſanguinem taurorum & hircorum nolo, nec ſi veniatis videri mihi. Quis enim exquiſivit hæc de manibus veſtris? calcare aulam meam non adjicietis: ſi attuleritis mihi ſimilaginem,*

nem, vanum supplicamentum, execratio mihi est: neomenias vestras, & sabbata, & diem magnum non sustineo: jejunium, & ferias, & dies festos vestros odit anima mea. Hæc ergo vacua fecit, ut nova lex Domini nostri Iesu Christi, quæ sine jugo necessitatis est, humanam habeat oblationem. Dicit iterum Do-
Iere. 7. 22. minus ad illos; *Nunquid ego præcepi parentibus vestris, cùm exierunt de terra Ægypti, ut offerrent mihi hostias, & victimas? Sed hoc præcepi illis dicens;* Vnusquisq; vestrum adversus proximum suum non habeat malitiam, & juramentum mendum non habeat. intelligere ergo debemus, cùm non simus sine intellectu, consilium benignitatis Patris nostri, quia nobis dicit, volens nos similiter errantes quærere, quemadmodum ad illum accedamus: nobis
Psal. 50. 19. enim sic dicit; *sacrifici-*

μάταιον· θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἐστί· τὰς νουμηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι. νηστείαν, καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, μισεῖ ἡ ψυχή μου.

Ex. Interp. LXX.

Ὅτι οὐκ ἐλάλησα πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν, καὶ οὐκ ἐνετειλάμην αὐτοῖς ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἀνήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου περὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσίας. Ἀλλ᾽ ἢ τὸ ῥῆμα τοῦτο ἐνετειλάμην αὐτοῖς, λέγων.

um

Ex Interp. LXX.

Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον, καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει.

Ex Interpr. LXX.

Ἵνα τί μοι νηστεύετε, ὡς σήμερον ἀκουσθῆναι ἐν κραυγῇ τὴν φωνὴν ὑμῶν; οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐγὼ ἐξελεξάμην, καὶ ἡμέραν ταπεινοῦν ἄνθρωπον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. οὐδ' ἂν κάμψῃς ὡς κρικὸν (MS. Alexandrin. κλοιὸν) τὸν τράχηλόν σου, καὶ σάκκον καὶ σποδὸν ὑποστρώσῃς, οὐδ' οὕτω καλέσετε νηστείαν δεκτήν.

Ibid.

Λῦε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, καὶ πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα. Διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ

um Domino, cor. contribulatum & humiliatum Deus non despicit. Certius ergo inquirere debemus, fratres, de salute nostra, ut nequam non habeat introitum in nobis, & evertat nos à vita nostra. Dicit ergo iterum de his ad illos; *ut quid mihi jejunatis? ut hodie audiatur vox vestra in clamore? Non tale jejunium elegi, dicit Dominus, ut quis humiliet animam suam sine causa; neque si curvaveris quasi circulum collum tuum, & sacco te circumdederis, & cinerem sub te straveris, nec sic celebrabis mihi jejunium acceptum.* Ad nos autem sic dicit. [*Cùm jejunaveritis,*] *solve omnem nodum injustitiæ, & omnem consignationem iniquam dele, resolve suffocationes impotentium commerciorum, dimitte quassatos in remissionem, & omnem cautionem malignam dissipa. Frange esurienti panem tuum, & egenos*

Esaiæ. 58. 4. &c.

egenos sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, vesti, & domesticos seminis tui non despicies. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & vestimenta tua citò oriuntur; & præibit ante te justitia, & claritas Dei circumdabit te; tunc exclamas, & Deus exaudiet te: cùm adhuc loqueris dicet, Ecce adsum. Si abstuleris à te nodum, & suadelam malorum, & verbum murmurationis, & dederis esurienti panem ex animo. In hoc ergo, fratres, providens est & misericors Deus, quia in simplicitate crediturus esset populus, quem comparavit dilecto suo, antè ostendit omnibus nobis, ut non incurramus tanquam proselyti ad illorum legem. Oportet ergo non de instantibus multum scrutantes scribere, quæ non possint sanare. Fugiamus ergo ab omni opere iniquitatis, & odio habeamus errorem

πτωχοὺς ἀστέγους εἴσαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. Ἐὰν ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλε· καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει. Τότε ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἰάματά σου ταχὺ ἀνατελεῖ. Καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη σου, καὶ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ περιστελεῖ σε. Τότε βοήσῃ, καὶ ὁ Θεὸς εἰσακούσεταί σου, ἔτι λαλοῦντός σου ἐρεῖ, Ἰδοὺ πάρειμι. Ἐὰν ἀφέλῃς ἀπὸ σοῦ σύνδεσμον, καὶ χειροτονίαν, καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ, καὶ δῷς πεινῶντι τὸν ἄρτον ἐκ ψυχῆς σου.

rorem hujus temporis, ut futura diligamus. Non debemus animæ nostræ ſpatium, ut poſſit habere poteſtatem diſcurrendi cum nequiſſimis & peccatoribus, nequando ſimilemus illis. *Conſummata* enim *tentatio*, de qua ſcriptum eſt, ſicut Daniel dicit, adpropinquavit: propter hoc enim Dominus interdicit tempora & dies, ut adceleret dilectos illius ad hæreditatem ſuam: Dicit autem ſic Propheta; *Regna in terris decem regnabunt, & reſurget retrò puſillus Rex, qui deponet tres in unum.* De regnis ſimiliter. De hoc ipſo dicit iterum Daniel; *Et vidi quartam beſtiam, nequam, & fortem, & ſæviorem cæteris beſtiis marinis, & apparuerunt illi decem cornua, & aſcendit aliud cornu breve in medio illorum, & dejecit cornua tria de majoribus cornibus.* Intelligere ergo debemus adhuc

an, *intercidit?* ex Matth. 24. 22.

Dan. 7. 24. *Vid præmonit. ad Lect.*

Dan. 7. 7.

Ex Edit. L X X.

Ἐθεώρουν, καὶ ἰδοὺ θηρίον τέταρτον φοβερὸν καὶ ἔκθαμβον· καὶ διαφέρον περισσῶς παρὰ πάντα τὰ θηρία· καὶ κέρατα δέκα αὐτῷ· καὶ ἰδοὺ κέρας ἕτερον μικρὸν ἀνέβη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ τρία κέρατα τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξερριζώθη.

huc, & hoc rogo vos tanquam unus ex vobis, omnes amans ſuper animam meam, ut adtendatis vobis, & non ſimiletis eis qui peccata ſua congerunt, & dicunt; quia teſtamentum illorum & noſtrum eſt. Noſtrum eſt autem, quia illi in perpetuum perdiderunt illud, quod Moyſes accepit: dicit enim Scriptura; *Et fuit Moyſes in monte jejunans quadraginta diebus, & quadraginta noctibus*, & accepit teſtamentum à Domino, tabulas lapideas ſcriptas manu Dei, ſed converſi in idola perdiderunt illud: dicit enim Dominus Moyſi; *Moyſes, deſcende celerius: quomodo præteriit legem populus tuus, quem eduxiſti de terra Ægypti*? Et projecit Moyſes tabulas lapideas de manibus ſuis, & confractum eſt teſtamentum eorum, ut dilectio I E S U conſignetur in præcordiis veſtris, in ſpem fidei

Exod. 34.28.

Exod. 32.7.

LXX.

Καὶ ἦν Μωϋσῆς ἔναντι κυρίου τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας. ἄρτον οὐκ ἔφαγε, καὶ ὕδωρ οὐκ ἔπιε.

LXX.

Καὶ ἐλάλησε Κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων· Βάδιζε, τὸ τάχος κατάβηθι ἐντεῦθεν, ἠνόμησε γὰρ ὁ λαός σου ὃν ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου.

illius

illius, propter quod adtendamus novissimis diebus: nihil enim proderit nobis omne tempus vitæ nostræ, & fidei, si non modo animum ad futuras tentationes habeamus, sicut dicit filius Dei; Resistamus omni iniquitati, & odio habeamus eam. Ergo considerate opera malæ viæ: non separatim debetis seducere vos, tanquam justificati; sed in unum convenientes, inquirite quod communiter dilectis conveniat, & prosit: dicit enim scriptura; *Væ* Esa. 5. 21.
illis, qui sibi soli intelligunt, & apud se docti videntur. Simus spiritales, simus templum consummatum Deo: inquantũ est in nobis, meditemur timorem Dei, & custodiamus mandata illius. Dominus non acceptâ personâ judicat mundum. Vnusquisq; secundùm quæ facit accipiet. Si fuerit bonus, bonitas eum antecedit;

Ex Clement. Alexandrin. Stromat. lib. 2.

Οὐαὶ οἱ συνετοὶ παρ᾽ ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες. Πνευματικοὶ γενώμεθα, ναὸς τέλειος τῷ Θεῷ· ἐφ᾽ ὅσον ἐστὶν ἐφ᾽ ἡμῖν, μελετῶμεν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσειν ἀγωνιζώμεθα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ [ἵνα ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτοῦ εὐφρανθῶμεν.]

ſine qua merces nequitiæ eum ſequitur. Attendite, nequando quieſcentes jam vocati addormiamus in peccatis noſtris: & nequam accipiens poteſtatem noſtram ſuſcitet & excludat à regno Dei.

Adhuc & illud intelligite, cum videritis tanta ſigna & monſtra in populo Iudæorum (& ſic illos dereliquit Dominus) attendamus ergo, ne fortè (ſicut ſcri-
Matth. 22. 14. ptum eſt) *multi vocati, pauci electi* inveniamur: propter hoc Dominus ſuſtinuit tradere corpus ſuum in exterminium ut remiſſione peccatorum ſanctificemur, quod eſt ſparſione ſanguinis illius. Scriptum eſt enim de illo, quædam ad populum Iudæorum, quædam ad nos. Dicit au-
Eſa. 53. 5. tem ſic; *vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, et vexatus eſt propter peccata noſtra, ſanguine illius ſanati ſumus: tanquam ovis ad*

Ex Matth.

πολλοὶ κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί.

Ex interpr. LXX.

ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Ὡς πρόβατον ἐπὶ

victi-

σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐνώπιον τοῦ κείροντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ.

LXX.

οὐκ ἀδίκως ἐκτείνονται δίκτυα πτερωτοῖς.

LXX.

ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.

victimam adductus est, et sicut agnus coram tondente se sic non aperuit os suum. Supergratulari ergo debemus Domino, quia & præterita nobis ostendit, & sapienter fecit, ut de futuris non simus sine intellectu: dicit autem; *Non injustè tenduntur retia avibus*; Hoc dicit, quia justè periet homo habens viam, veritatis scientiam, & se à via tenebrosa non continet adhuc, & ad hoc Dominus sustinuit pati pro anima nostra, cum sit orbis terrarum Dominus, qui dixit die ante constitutionem seculi; *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Quomodo ergo sustinuit, cum ab hominibus hoc pateretur, discite; Prophetæ ab ipso habentes donum, in illum prophetaverunt: ille autem ut vacuam faceret mortem, & de mortuis resurrectionem ostenderet, quia in carne oportebat

Prov. 1. 17.

Gen. 1. 26.

tebat eum apparere, sustinuit uti promissum parentibus redderet, & ipse sibi populum parans resurrectione factâ in terris, judicabat illis, ad vitam ducens populum Iudæorum, & magna signa & monstra faciens, non crediderunt, nec dilexerunt illum. Tunc Apostolos suos, qui incipiebant prædicare evangelium suum, elegit, qui erant super omne peccatum peccatores, ut ostenderet, *quia* Luc. 5. 32. *non venit vocare justos, sed peccatores:* tunc ostendit se esse filium Dei. Si enim non venisset in carne, quomodo possent homines sanari, cum respicientes solem, qui est opus manûs Dei, non possint radios ejus diutiùs intueri? Filius ergo Dei ideo in carne venit, ut consummationem peccatorum definiret eis, qui persequuti

*** καὶ δι' ἡμᾶς ὑπὸ τῶν λαὸν τὸν κενὸν ἑτοιμάζων ἐπέδειξεν ἐπὶ τῆς γῆς ὤν, ὅτι τὴν ἀνάστασιν αὐτὸς ποιήσας κρινεῖ, πέρας γέτοι διδάσκων τὸν Ἰσραὴλ καὶ τηλικαῦτα τέρατα καὶ σημεῖα ποιῶν ἐκήρυξε, καὶ ὑπερηγάπησεν αὐτόν. Ὅτε δὲ τοὺς ἰδίους ἀποστόλους τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ ἐξελέξατο, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἦλθε καλέσαι δικαίους ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, τότε ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ εἶναι. Εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκὶ πῶς ἂν ἐσώθημεν ἄνθρωποι [βλέποντες αὐτόν,] ὅτι τὸν [μέλλοντα μὴ εἶναι] ἥλιον ἔργον χειρῶν αὐτοῦ ὑπάρχοντα βλέποντες οὐκ ἰσχύουσιν εἰς τὰς ἀκτῖνας αὐτοῦ ἀντοφθαλμῆσαι; Οὐκοῦν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ εἰς τοῦτο ἦλθεν ἐν σαρκὶ ἵνα τὸ τέλειον τῶν ἁμαρτιῶν κεφαλαιώσῃ τοῖς διώξασιν ἐν

sunt

θανάτῳ τοὺς προφήτας αὐτοῦ. [Οὐκοῦν εἰς τοῦτο ὑπέμεινε.] Λέγει γὰρ ὁ Θεὸς τὴν πληγὴν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ὅτι ἐξ αὐτῶν, * ὅταν πατάξω τὸν ποιμένα τότε σκορπισθήσονται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Αὐτὸς ἠθέλησεν οὕτω παθεῖν [ἔδει γὰρ ἵνα ἐπὶ ξύλου πάθῃ.] Λέγει γὰρ ὁ προφητεύων ἐπ' αὐτῷ. Φεῖσαί μου τῆς ψυχῆς ἀπὸ ῥομφαίας, καθήλωσόν μου τὰς σάρκας, ὅτι πονηρευομένων συναγωγαὶ ἐπανέστασάν μοι. Καὶ πάλιν λέγει· ἰδοὺ τέθεικά μου τὸν νῶτον εἰς μάστιγας, καὶ τὰς σιαγόνας εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου ἔθηκα ὡς στερεὰν πέτραν. Ὅτε οὖν ἐποίησεν ἐντολὴν, τί λέγει; Τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἢ τίς ὁ δικαιζόμενός μοι; ἐγγισάτω τῷ παιδὶ κυρίου. Οὐαὶ ὑμῖν ὅτι πάντες ὑμεῖς παλαιωθήσεσθε ὡς ἱμάτιον, καὶ σὴς καταφάγεται ὑμᾶς. Καὶ πάλιν λέγει ὁ προφήτης, ἐπεὶ ὡς λίθος ἰσχυρὸς ἐτέθη εἰς συντρι-

sunt ad mortem Prophetas illius: dicit autem Isaias; *plagà corporis illius omnes sanati sumus.* (Esa. 53.5.) Et alius propheta; *Feriam pastorem & dispergentur oves gregis:* (Zach. 13.7.) ipse autem voluit sic pati. Dicit enim qui prophetat de illo; *parce animæ meæ à gladio, & confige clavis carnes meas, quia nequissimorum conventus insurrexit in me.* (Psal. 21.21. Psal. 118. 119. Psal. 21.17.) Et iterum dicit; *Ecce posui dorsum meum ad flagella, et maxillas meas ad palmas: faciem autem meam posui tanquam solidam petram.* (Esa. 50.6.) Cùm autem fecit Dei præceptum, quid dicit? *Quis est qui contradicit? [resistat mihi:] quis aqualis futurus est mihi? propinquet puero Dei. Væ vobis quia vos omnes veterascitis tanquam vestimentum, et tinea devorabit vos.* (Esa. 50.9.) Iterum dicit Propheta; Tanquam lapis expositus est in afflictio-

ne:

Esa. 28.16. ne: *Ecce mittam in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum.* Et quid dicit? *Et qui crediderit in illum non confundetur.* In lapide ergo fides nostra? Absit. Sed quia in fortitudine posuit corpus illius, dicit
Psal. 117.22.23. iterum Propheta; *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Hic est dies, quem fecit Dominus.* Quid ergo di-
Psal. 21.17. Psal. 118.12. cit? *Circumvenerunt me conventus nequißimorũ, vallaverunt me tanquam*
Psal. 21.19. *apes.* [Et iterum dixit;] *super vestẽ meam sortes miserunt.* In carne ergo incipiente illo venire, ante ostensa sunt quæ passurus erat. Dicit ergo Propheta ad Iudæos;
Esa. 3.9. *Væ animæ iniquorum, qui*

σιών, ἰδοὺ ἐμβάλλω εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτόν, [ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον.] Εἶτα τί λέγει; καὶ ὃς ἐλπίσει ἐπ' αὐτόν, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐπὶ λίθον οὖν ἡμῶν ἡ ἐλπίς; μὴ γένοιτο. Ἀλλ' ἐπεὶ ἐν ἰσχύϊ ἔθηκε τὴν σάρκα αὐτοῦ [ὁ κύριος, λέγει γάρ, καὶ ἔθηκέ με ὡς στερεὰν πέτραν.] Λέγει δὲ πάλιν ὁ προφήτης, λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. [Καὶ πάλιν λέγει.] αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα [ἡ μεγάλη καὶ θαυμαστή,] ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος. [Ἁπλούστερον ὑμῖν γράφω ἵνα συνίητε, ἐγὼ περίψημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν.] Τί οὖν λέγει [πάλιν ὁ προφήτης;] περιέσχε με συναγωγὴ πονηρευομένων, ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. Ἐν σαρκὶ οὖν αὐτοῦ μέλλοντος φανεροῦσθαι [καὶ πάσχειν,] προεφανεροῦτο τὸ πάθος. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ, οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν ὅτι βεβου-

dicunt

λοῦνται] βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες, δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστί. Λέγει δὲ καὶ Μωσῆς αὐτοῖς, ἰδοὺ τάδε λέγει κύριος ὁ θεός, εἰσέλθετε εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, ἣν ὤμοσεν κύριος τῷ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ· καὶ κατακληρονομήσατε αὐτὴν, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. Τί λέγει ἡ γνῶσις μάθετε· ἐλπίσατε ἐπὶ τὸν ἐν σαρκὶ μέλλοντα φανεροῦσθαι ὑμῖν [Ἰησοῦν.] Ἄνθρωπος γῆ ἐστὶ [πάσχουσα·] ἀπὸ προσώπου γὰρ τῆς γῆς ἡ πλάσις τοῦ Ἀδὰμ ἐγένετο. Τί οὖν λέγει, τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, τὴν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι; Εὐλογητὸς ὁ κύριος ἡμῶν, ὁ σοφίαν καὶ νοῦν θέμενος ἐν ἡμῖν τῶν κρυφίων αὐτοῦ· λέγει γὰρ ὁ προφήτης· παραβολὴν κυρίου τίς νοήσει, εἰ μὴ σοφὸς, καὶ ἐπιστήμων, καὶ ἀγαπῶν τὸν κύριον αὐτοῦ; Ἐπεὶ οὖν ἀνακαινίσας ἡμᾶς ἐν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν ἐ-

dicunt inter se; circumveniamus justum, quia insuavis est nobis. Et Moyses autem dicit ad illos; Hæc dicit Dominus Deus; *Intrate in terram bonam, quam promisit Dominus Abrahæ, Isaac, et Iacob: et domini estote illius terræ, quæ trahit lac et mel.* Dan. 11.9. Quid dicat scientia, discite: credite, inquit, in eum, qui in carne apparebit: hic homo enim terra est, cum ex terra sit figmentum Adæ. Quid ergo dicit, *in terram bonam, fluentẽ lac et mel?* Ibid. [Et,] Benedictus Dominus, quia sapientiam & sensum posuit in nobis absconditorum suorum. Dicit autem & per Prophetas; *parabolam Domini quis intelliget, nisi sapiens, et diligens Dominum suum?* Quia ergo cum nos innovavit in remissionem peccatorum,

fecit nos aliam figuram tanquam pueros habere, ut spiritu figuraret nos. Non enim sicut dicit scriptura; *faciamus*
Gen. 1. 26.
hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & supersit bestiis terræ, & avibus cœli, & piscibus maris. Et Dominus videns bonam figuram nostram, dixit; Crescite, & multiplicate, & replemini terram. Iterum vobis ostendam, quomodo vobis dicit secundam figuram: In novissimis, dicit Dominus; Ecce facio novissima tanquam priora. Propter hoc ergo prædicavit Propheta; *Intrate*
Deut. 11. 9.
in terram, quæ trahit lac, & mel, & dominamini ejus: quia ipse incipiebat apparere, & in

ποίησεν ἡμᾶς ἄλλον τύπον ὡς παιδίου ἔχειν τὴν ψυχὴν, ὡς ἂν δὴ καὶ ἀναπλασσομένους αὐτὸς ἡμᾶς. Λέγει γὰρ ἡ γραφὴ περὶ ἡμῶν ὡς λέγει τῷ υἱῷ, ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμῶν τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων τῆς γῆς, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης. Καὶ εἶπε κύριος ἰδὼν τὸ καλὸν πλάσμα ἄνθρωπον· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. [Ταῦτα πρὸς τὸν υἱόν.] Πάλιν σοι ἐνδείξω πῶς πρὸς ἡμᾶς δευτέραν πλάσιν ἐπ' ἐσχάτων ἐποίησε. Λέγει κύριος, ἰδοὺ ποιήσω τὰ ἔσχατα ὡς τὰ πρῶτα. Εἰς τοῦτο οὖν ἐκήρυξεν ὁ προφήτης, Εἰσέλθετε εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. [Ἴδε οὖν ἡμεῖς ἀναπεπλάσμεθα, καθὼς πάλιν ἐν ἑτέρῳ προφήτῃ λέγει, ἰδοὺ λέγει κύριος ἐξελῶ τούτων (τουτέστιν ὧν προέβλεπε τὸ πνεῦμα κυρίου) τὰς λιθίνας καρδίας, καὶ βαλῶ τὰς σαρκίνας αὐτοῖς·] ὅτι ἔμελλεν ἐν σαρκὶ φανεροῦσθαι, καὶ ἐν ἡμῖν

nobis

κατοικεῖν. Ναὸς γὰρ [ἅγιος] ἀδελφοί μου τῷ κυρίῳ τὸ κατοικητήριον ἡμῶν τῆς καρδίας. Λέγει γὰρ πάλιν κύριος, καὶ ἐν τίνι ὀφθήσομαι τῷ κυρίῳ τῷ θεῷ μου καὶ δοξασθήσομαι; λέγει, ἐξομολογήσομαι ἐν ἐκκλησίᾳ ἐν μέσῳ ἀδελφῶν μου, καὶ ψαλῶ ἀνὰ μέσον ἐκκλησίας ἁγίων. Οὐκοῦν ἡμεῖς ἐσμὲν οὓς εἰσήγαγεν εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθήν; Τὶ οὖν τὸ γάλα καὶ μέλι; ὅτι πρῶτον τὸ παιδίον μέλιτι, εἶτα γάλακτι ζωοποιεῖται, οὕτω καὶ ἡμεῖς τῇ πίστει τῆς ἐπαγγελίας, καὶ τῷ λόγῳ ζωοποιούμενοι, ζήσομεν κατακυριεύοντες τῆς γῆς. [Προείρηκε γὰρ ἐπάνω, ὅτι αὐξανέσθωσαν καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων.] Τὶ οὖν ὁ δυνάμενος νῦν ἄρχειν θηρίων ἢ ἰχθύων ἢ πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ; Αἰσθάνεσθαι γὰρ ὀφείλομεν ὅτι τὸ ἄρχειν ἐξουσία ἐστὶν, ἵνα τις ἐπιτάξας κυριεύσῃ. [Εἰ οὖν οὐ γίνεται] τοῦτο νῦν, ἄρα ἡμῖν εἴρηκε ποτὲ ὅταν καὶ αὐτοὶ τελειωθῶμεν κληρονόμοι τῆς διαθήκης κυρίου γενέσθαι;] Οὐκοῦν νοεῖτε τέκνα

nobis habitare: templum enim Domini inhabitatio cordis nostri est: Dicit ergo iterum; *& quomodo apparebo Deo Domino meo? Et magnificabor, inquit, confitebor in Ecclesia fratrum meorum, & decantabo tibi in Ecclesia Sanctorum.* Psal. 21.23.
Nos ergo sumus, quos induxit in terram bonam. Quid ergo lac & mel? Quia ab initio infans melle & lacte vivificatur: sicut per fidem promissionis verbo dũ adnutrimur, sic vivificamur, dominatum agentes terræ. Quis est qui possit modo esse super bestias, aut super aves, aut super pisces? Sentire debetis quia super esse potestatis est, ut quis imperans Dominus sit. Intelligite ergo, filii dile-

eſti, quia omnia bonus Dominus oſtendit nobis, ut ſciremus, cum per omnia gratias agere debeamus. Si ergo filius Dei, cum ſit Dominus, qui incipiet judicare vivos & mortuos, paſſus eſt, ut plaga illius vivificaret nos, credamus, quia filius non poterat pati, niſi propter nos. Sed & potatur aceto & felle: audite quemadmodum de hoc ſignificaverint ſacerdotes templi in ſcripta lege

Levit. 23. 7. præcepti, *ut ſi quis non jejunaret jejunium, morte moreretur*, præcepit Dominus: quia ipſe pro peccatis noſtris incipiebat vas ſpiritûs ſui offerre hoſtiam, ut & figuram, quæ fuerat ſub *Iſaac*, qui oblatus eſt ad aram, conſummaret. Quid dicit Propheta; & manducent de hirco, quem oblaturi ſunt ad

εὐφροσύνης, ὅτι πάντα ὁ καλὸς κύριος προεφανέρωσεν ἡμῖν, ἵνα γνῶμεν, ᾧ κατὰ πάντα εὐχαριστοῦντες ὀφείλομεν αἰνεῖν. Εἰ οὖν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὢν κύριος, καὶ μέλλων κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς, ἔπαθεν, ἵνα ἡ πληγὴ αὐτοῦ ζωοποιήσῃ ἡμᾶς, πιστεύσωμεν, ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ οὐκ ἠδύνατο παθεῖν εἰ μὴ δι' ἡμᾶς. Ἀλλὰ καὶ [σταυρωθεὶς] ἐποτίζετο ὄξει καὶ χολῇ. ἀκούσατε πῶς περὶ τούτου πεφανέρωκεν οἱ ἱερεῖς τοῦ λαοῦ γεγραμμένης ἐντολῆς αὐτοῦ, ὃς ἂν μὴ νηστεύσῃ τὴν νηστείαν, θανάτῳ ἐξολοθρευθήσεται, ἐνετείλατο κύριος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν ἤμελλε σκεῦος τοῦ πνεύματος προσφέρειν θυσίαν, ἵνα καὶ ὁ τύπος ὁ γενόμενος ἐπὶ Ἰσαὰκ τοῦ προσενεχθέντος ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τελεσθῇ. Τί οὖν λέγει ἐν τῷ προφήτῃ, καὶ φαγέτωσαν ἐκ τοῦ τράγου τοῦ προσφερομένου τῇ νηστείᾳ

jejunium

ὑπὲρ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν;
(προσέχετε ἀκριβῶς) καὶ φα-
γέτωσαν οἱ ἱερεῖς μόνοι πάν-
τες τὸ ἔντερον ἄπλυτον μετὰ
ὄξους. Πρὸς τί; Ἐπειδὴ ἐμὲ
εἶδον ὑπὲρ ἁμαρτιῶν μέλ-
λοντα τοῦ λαοῦ τοῦ καινοῦ
προσφέρειν τὴν σάρκα μου
μέλλεται ποτίζειν χολὴν μετὰ
ὄξους. Φάγετε ὑμεῖς μόνοι τοῦ
λαοῦ νηστεύοντες, καὶ κοπτομένου
ἐπὶ σάκκῳ καὶ σποδῷ, ἵνα δεί-
ξῃ ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν ὑπ'
αὐτῶν. Πῶς οὖν ἐνετείλατο
προσέχετε. Λάβετε δύο
τράγους καλοὺς καὶ ὁμοίους καὶ
προσενέγκατε, καὶ λαβέτω ὁ
ἱερεὺς τὸν ἕνα ὡς ὁλοκαύτω-
μα· τὸν δὲ ἕνα τί ποιήσουσιν;
Ἐπικατάρατος φησὶν ὁ Εἷς.
Προσέχετε πῶς ὁ τύπος τοῦ
Ἰησοῦ φανεροῦται. Καὶ ἐμπτύ-
σατε πάντες, καὶ κατακεντή-
σατε, καὶ περιθέτε τὸ ἔριον
τὸ κόκκινον περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ οὕτως εἰς ἔρη-
μον βληθήτω. Καὶ ὅταν γένηται οὕτως, ἄγει ὁ βαστάζων τὸν

jejunium pro omnibus
peccatis? (Attendite dili-
genter;) & manducent
sacerdotes soli intesti-
num non lotum cum a-
ceto. Ad quid? Quoni-
am me pro peccatis po-
puli mei incipiente of-
ferre corpus meum po-
tabitis aceto cum felle.
Manducate vos soli, po-
pulo jejunante; & plan-
gite vos in cilicio & ci-
nere. Et ut ostenderet,
quia ab illis debet pati,
sic præcepit; *Sumite hir-* Levit. 16. 7.
cos duos bonos similes, &
offerte, et accipiant sa-
cerdotes unum holocau-
stum pro peccatis; alium
autem in maledictione.
Adtendite, quomodo fi-
gura Iesu ostendebatur.
Expuite illum, [inquit,]
omnes, & pungite; & im-
ponite lanam coccineam
circa caput illius, & sic
in eremum ponatur. Et
cùm ita factum fuerit,
adducite, qui ferat hir-

cum in eremum, & auferat, & ponat illum in ſtirpem quæ dicitur rubus, cujus & fructus in agris adſuemus invenientes manducare, hujus ſtirpis dulces fructus inveniuntur. Ad quid ergo hoc, adtendite; unum in aram, alium tanquam maledictum? Et quare is, qui maledictus, coronatus? Quia videbunt illum tunc in illa die chlamydem habentem coccineam circa corpus, & dicent; Nonne hic eſt quem nos crucifiximus, faſtidientes, & conſpuentes, & compungentes? Verè hic fuit, qui tunc ſe dicebat eſſe filium Dei. Sicut ergo ſimilis, ſic ſimiles hirci & æquales, ut cum viderint unum ex illis tunc paſcentem, admirentur in ſimilitudinem capri. Ergo videtis figuram ejus, qui paſſurus erat Ieſus; quare & lanam in

τράγον εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἀφαιρεῖ [τὸ ἔριον,] καὶ ἐπιτίθησιν ἐπὶ φρύγανον τὸ λεγόμενον ῥαχίηλ, οὗ καὶ τοὺς βάτους εἰώθαμεν τρώγειν ἐν τῇ χώρᾳ εὑρίσκοντες, οὕτω μόνης τῆς ῥαχοῦς οἱ καρποὶ γλυκεῖς εἰσίν. Τί οὖν καὶ τοῦτο; προσέχετε, τὸν μὲν ἕνα ἐπὶ θυσιαστήριον, τὸν δὲ ἕνα ἐπικατάρατον ἐστεφανωμένον; Ἐπειδὴ ὄψονται αὐτὸν τῇ ἡμέρᾳ τὸν ποδήρη ἔχοντα κόκκινον περὶ τὴν σάρκα, καὶ ἐροῦσιν· ὅτι οὗτός ἐστιν ὅν [ποτὲ] ἡμεῖς ἐσταυρώσαμεν, ἐξουθενήσαντες, καὶ κατακεντήσαντες, καὶ ἐμπαίξαντες. Ἀληθῶς οὗτος ἦν, ὁ τότε λέγων ἑαυτὸν υἱὸν Θεοῦ εἶναι. Πῶς γὰρ ὁμοίως δεῖ τοῦτο, ὁμοίους τοὺς τράγους καλοὺς καὶ ἴσους, ἵν' ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν ποτὲ ἐρχόμενον, ἐκπλαγήσονται ἐπὶ τῇ ὁμοιότητι τοῦ τράγου. Οὐκοῦν ἴδε τὸν τύπον τοῦ μέλλοντος παθεῖν Ἰησοῦ; Τί δὲ ὅτι τὸ ἔριον καὶ μέσον τῶν

ἀκανθῶν τιθέασιν. Τύπος ἐστὶ τοῦ Ἰησοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ κείμενος, ἵνα ὃς ἐὰν θέλῃ τὸ ἔριον ἆραι τὸ κόκκινον, δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, διὰ τὸ εἶναι φοβερὰν τὴν ἄκανθαν, καὶ θλιβέντα κυριεῦσαι. Οὕτω φησὶν οἱ θέλοντές με ἰδεῖν, καὶ ἅψασθαί μου τῆς βασιλείας, ὀφείλουσι θλιβέντες καὶ παθόντες λαβεῖν με. Τίνα δὲ δοκεῖτε τύπον εἶναι, ὅτι ἐντέλλεται τῷ Ἰσραὴλ, προσφέρειν δάμαλιν τοὺς ἄνδρας ἐν οἷς ἁμαρτίαι τέλειαι, καὶ σφάζοντας κατακαίειν, καὶ αἴρειν τότε τὴν σποδὸν παιδία, καὶ βάλλειν εἰς ἄγγη, καὶ περιτιθέναι τὸ ἔριον τὸ κόκκινον, καὶ τὸν ὕσσωπον, καὶ οὕτω ῥαντίζειν τὰ παιδία καθ᾽ ἕνα τὸν λαὸν, ἵνα ἁγνίζωνται ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν. Νοεῖτε πῶς ἁπλότητι λέγει ὑμῖν. Ὁ μόσχος οὗτός ἐστιν ὁ Ἰησοῦς, οἱ προσφέροντες ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ, οἱ

medio spinarum ponunt. Figura Iesus Ecclesiæ posita; quia qui voluerit tollere lanam coccineam, oportet illum multa pati propter spinæ nequitiam, & coarctatum sic dominari illius. Sic, inquit, qui volunt me videre, & adtingere regnum meum, debent compressi, & multa passi accipere. Quam autem figuram putatis esse? Quia præceptum est populo Iudæorum, offerre vaccam homines, in quibus peccata consummata sint, & occisam comburere, & tollere tunc cinerem pueros & mittere in vasa fictilia, & suspendere [in ligno] lanā coccineam, & hysopum, & sic spargere pueros circa singulas turbas populi, ut sanctificentur à peccatis. Videte ergo, quomodo in simplicitate dicat vobis; Vacca erat Iesus; qui offerebant, homines peccatores hi qui

obtulerunt

obtulerunt, illum ad victimam; qui sparserunt pueri, hi erant qui nuntiaverunt nobis remissionem peccatorum, & castitatē præcordiæ nostræ, quibus dedit Evangelii potestatem, qui sunt duodecim in testimonium tribuum, quia duodecim sunt tribus Iudæorum. Quare ergo & lana in ligno est? quia qui crediderit in illum, vivit in perpetuum. Quare in unum lanam & hysopum? Quia in regno illius dies erunt nequissimi & sordidi, quibus nos sanabimur: & propter hoc, dum sic fiunt nobis lucida, illis autem obscura, quia non audierunt vocem domini. Dicit autem de auribus,

προσενέγκαντες αὐτὸν ἐπὶ σφαγήν. [Εἶτα οὐκέτι, ἄνδρες, οὐκέτι, ἁμαρτωλοὶ, ἡ δόξα.] Οἱ δὲ ῥαντίζοντες παῖδες εὐαγγελιζόμενοι ἡμῖν τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ τὸν ἁγνισμὸν τῆς καρδίας, οἷς ἔδωκε τοῦ εὐαγγελίου τὴν ἐξουσίαν, οὖσι δεκαδύο, εἰς μαρτύριον τῶν φυλῶν, ὅτι δεκαδύο αἱ φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ, [εἰς τὸ κηρύσσειν. Διὰ τί δὲ τρεῖς ἄνδρες οἱ ῥαντίζοντες; εἰς μαρτύριον Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, ὅτι οὗτοι μεγάλοι τῷ Θεῷ.] ὅτι δὲ ἔριον ἐπὶ τὸ ξύλον; [ὅτι ἡ βασιλεία τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τῷ ξύλῳ,] διότι οἱ ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτὸν ζήσονται εἰς τὸν αἰῶνα. Διὰ τί δὲ ἅμα τὸ ἔριον καὶ τὸν ὕσσωπον; ὅτι ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ ἡμέραι ἔσονται αἱ πονηραὶ καὶ ῥυπαραὶ ἐν αἷς ἡμέραις σωθησόμεθα. [Ὅτι καὶ ἀλγῶν τὴν σάρκα διὰ τοῦ ῥύπου τοῦ ὑσσώπου ἰᾶται.] Καὶ διὰ τοῦτο οὕτω γενόμενα ἡμῖν μὲν ἐστὶ φανερὰ, ἐκείνοις δὲ σκοτεινά, ὅτι οὐκ ἤκουσαν φωνῆς κυρίου. Λέγει γὰρ πάλιν περὶ τῶν ὠτίων, πῶς περιέτεμεν ἡ-

quo-

AN EXACT BOOK OF ENTRIES,

Of the most Select JUDICIALL VVRITS USED IN THE COMMON-LAW.

Translated from the *Originall Manuscript*, which was Collected by the Hands of that Eminent CLERK,

ROBERT MOYLE Esq;

Late one of the Prothonotaries of the Court of

COMMON-BENCH.

A Work of much Industry, as may appeare by the Authors great Paines in quoting of *Book-Cases*, Opinions of Judges, number Rolls, and many other Requisites, for the confirmation of every Entry, whereof none have been ever published before.

Printed now for the use and benefit of all, but aimed most especially for such as are most conversant in the *Common-Law*.



By *J. H.* Gent.

With a perfect Table in which may be found the Principall matters therein contained.

LONDON,

Printed for *Robert Crofts* at the Crown in *Chancery-Lane*, under Seigeants-Inne, 1658.